

GEORGII PRAY  
EPISTOLA  
AD BENEDICTVM CETTO  
E PIIS SCHOLIS,  
IN QVA  
NOVAE HVIVS IN REBUS SINICIS  
IMPOSTVRAE DETEGVNTVR.

ACCESTIT  
HISTORIA  
CONTROVERSIARVM  
DE  
RITIBVS SINICIS  
EARVM ORIGINE AD FINEM  
COMPENDIO DEDVCTA.



PESTINI AC CASSOVIAE,  
in Bibliopolio Strohmayeriano 1789.



GEORGII

BESTO

VDBE MEDICUM CERTI

E HISTORICIS

ANNO 1704

MONAE HUARIZMIAE SINICAE  
AD MUNIMENTA CHINICARUM

ACCEPTE

ALBERTUS

CONTRARIOBIA

RITIBAS SINICIS

EX LIBRIS M. A. T. C. P. S.

EX LIBRIS M. A. T. C. P. S.

1704. JUNI 10.

Exemplarum 100. Exemplarum 100.



GEORGIUS PRAY  
BENEDICTO CETTO  
E PIIS SCHOLIS  
S. P.

**V**iix a morbo, qui mihi pene letalis erat,  
respiravi, cum opus tuum, quod e-  
didisse ferebaris, & quo te ab imposturis  
tuis<sup>1</sup>, quas in rebus Sinicis committeras,  
purgare niteris, legi, & legi attente,  
ut viderem, quid tandem attuleris, quo  
te ex fœculenta lacuna, in quam te  
collo tenus immerseras, extricares. Ve-  
rum adeo nihil abs te factum eatenus re-  
peri, ut non solum imposturas, quas tibi  
oggefferam, refellere nequieris, sed priori-  
bus cumulate adjeceris etiam novas, mul-  
ta grammatico, ut tuus mos est, non item  
critico oculo compilaveris, mox, extra or-  
bitam divagatus, legentibus exhibes sacri-  
ficium Confucii, icone, ne quid ad elegan-  
tiam deesset, expressum, ritusque Sinicos,  
in quibus omnino rudis es, temere fuggil-

(\*)

las

las. His itaque capitibus, & ego, ne te multis in principio morer, epistolam meam circumscribere, & prolixæ garrulitati tuæ, quæ pene in anilem definit, quam possum, paucis respondere constitui. Ac primum quidem ex imposturis, quas te in rebus sacerdotalibus numero CCXVIII. commisisse nuper ostendi, (1) ne unam quidem, sive res, sive personas, seu denique adjuncta spectemus, convulsisti, quod, si qui mea cum tuis, velut paralella, conferre volent, & ut conferant, opto, adeo perspicuum fiet, ut his cum temporis jactura porro immorari supervacaneum sit. Nec enim, quod facis, ampullata verborum congerie, nec, quibus me pro tua in scribendo politice liberaliter oneras, crudis illis, & pene e rure petitis nominibus, res confutari svevit. (2) Illud autem omnino ridiculum, quod *imposturas tuas* mira metamorphosi in meas converteris, passimque *imposturas Prayanas* voces. Lepidissimum caput! *meum* omnino est, quod eas detexerim, *tuum*, quod eas commiseris, itaque, ne quid erres, IMPOSTURÆ CET-

TO-

- (1) Opusculo typis Budensibus anno 1781. forma 8. edito. *Imposturæ CC. XVII. in Dissertatione R. P. Benedicti Cetto Clerici Regularis e Scholis Piis, de Sinenium imposturis detectæ, & convulsa* (2) Operis sui novi pag. 23. me hominem locutuleium, agrestis atque inficeti pectoris, apinas, rugasque, & gerras sedentem compellat. Scilicet ut vetulæ solent, quæ cum nihil, quo se tueantur, reperiunt, in contumeliosa verba prorumpunt.

TOIANÆ. Hac ratione cuivis, quod suum est, tribuitur. Deinde tantum abest, vel unam ex tuis imposturis te refellisse, ut novas bono numero adderes. Legenti enim mihi facile CCC. occurserunt. A iquo promissæ sufficerit, ex quibus Lector facile poslit conjicere, qua in reliquis fide utaris.

§. I.

In ipso principio vis Lectori persuadere, Paulum Venetum esse eundem cum anonymo Veneto, cuius historia de magno Sinarum Imperio, anno 1587. italice prodiit, idque ex du Halde vis evincere, cuius verba idcirco etiam exscribis, (3) sed de industria omisisti ea, quæ sequuntur. Juvat ea, ut sunt, verbis germanicis dare, quanto in depravando exquisitum studium omnibus pateat. (4) Alles was er (anonymus Venetus) von dem Alterthum dieser Monarchie, von der Weisheit ihrer Gesetze, und vernünftigen Regierungsart, von der Fruchtbarkeit ihres Landes, von den Reichthümern ihrer Handelschaft, von der erstaunlichen Menge ihrer Unterthanen, von der Höflichkeit und Artigkeit der Einwohner, von ihren unermüdeten Fleiß in Künsten, Handwerken, und Ackerbau, von ihren Geschmack an schönen Wissenschaften, und Ausarbeitungen derselben meldete, dies alles, sage ich, ward für eine Erfindung gehalten, bey welcher nicht einmal die Gesetze

---

(3) Ex præfat. Tom. I, pag. 1. versionis germanicae. (4) Ibid.

der Wahrscheinlichkeit beobachtet wurden. Atque nihil istorum in Paulo Veneto reperias, quod ex breviariis capitum Libri II. quo occupatum a Tartaris sinense Imperium narrat, vel legere scienti planum fiet. Nihil Paulus tuus de *antiquitate Imperii*, nihil de Sinarum *sanc*tionibus**, & sapienti modo regendi, (5) nihil de *ubertate soli*, nihil de *incolarum copia*, & *comitate*, nihil de indefessa in *artibus industria*, nihil denique de *scientiis*, earumque *cultura*: paucis solum locis, idque tamquam ob iter, *agriculturæ* meminit. Primum cap. 24. qua ratione nimirum *Cublay*, hic Imperium finicum occuparat, famis tempore horrea sua aperuerit, tribueritque escam egentibus; tum cap. 28. ad civitatem *Geogui* (6) ait: *habet optimos agros*: ad urbem *Quenquinafu*: cap. 32. *inveniuntur* — — *agri pulcherimi* cap. 33. de provincia *Cunchu*: *incolæ sunt* — — *terræ cultores*: denique cap. 34. de provincia *Achalechungi* subdit: *habet* — — *cultores terræ*. Nihil præterea. Et audes contendere, Paulum Venetum eundem cum anonymo Veneto, primumque fuisse, qui ex instituto res sinicas complexus sit? hoc est,

---

(5) Cap. 22. solum memorat duodecim Præfectos provinciarum, cum tamen Sinicum Imperium quindecim provincias numeret. Ex quo facile apparet, quam rite, & ex instituto primus res sinicas Paulus Venetus complexus fuerit. (6) Iam ab aliis observatum est, Paulum Venetum nomina civitatum, et provinciarum Imperii Sinici foede depravasse.

est, ut ais, (7) de antiquitate imperii, de forma regiminis, legibus, officiis, de scientia, ubertate soli, agricultura, & industria, de provinciis, urbibus, ceteris denique plerisque omnibus ad cognitionem rerum Sinenium pertinentibus. Ut agnoscas, quot imposturas vel uno loco commiseris, lege Pauli Veneti Librum II. nam primus, & tertius tam parum ad Sinas, quam Turcas pertinet, nulloque negotio intelliges, anonymum Venetum toto, ut ajunt, cœlo a Paulo Veneto diversum esse.

### §. II.

Paulo Veneto succenturias *Plancarpinum*, & *Rubruquisum*, qui res sinicas, quamquam tenuiter, attigerint. *Plancarpinus* hæc de se refert (8) *deinde terram Mungalorum intravimus*, quos *Tartaros appellant*, --- --- --- & in die beatæ Mariæ Magdalene ad *Cayuc Imperatorem electum pervenimus*. Chinam, seu Chitaiam nunquam attigit, quin illius ne mentionem quidem facit, nisi semel tamquam aliud agens: *inde*, ait, *recedentes venimus ad alium locum*, ubi tentorium mirabile, totum de purpura rufa, quod Kitai dederant, erat positum. (9) Hæc ille: *Rubruquisus* vero Chamum Tartarorum in finibus Persiae a parte orientis, non item in China convenit. (10) Vide, quot imposturas in paucis lineis iterum commiseris.

\* 3

§.

(7) Pag. 6. (8) Apud Belovacensem cap. 24.

(9) Ibidem cap. 36. (10) Ibidem cap. 93.

## §. III.

Redeo ad Paulum Venetum. Contendis, nuspia<sup>m</sup> te Jesuitas Missionarios intellexisse, qui primi res sinicas vulgarint, sed Paulum Venetum, & Mandevilleum Anglum. Neque enim uspia<sup>m</sup>, ais, vel verbo *a me proditum*, Missionarios primos fuisse, qui *historiam Sinicam in Europa vulgarint*, licet primi fuerint, qui suis artibus eruditos involverent. (11) Sed nec prius vel verbo Paulum Venetum, vel Mandevilleum, aut Plancarpinum, & Rubruquisum uspia<sup>m</sup> prodidisti: itaque, si tua argutandi ratio valet, nec hos intelligere poteras ex eorum numero fuisse, qui primi res sinicas, & quidem ex instituto vulgarint. Tuum est, decernere, an hoc inter imposturas, an ad illud genus, quod non longe a mendacio diffidet, collocare velis.

## §. IV.

At at, non tam facile, quamquam Protheum agas, mihi elaboris. Velim, memineris eorum, quæ Dissertatione tua V. ex qua tibi CC. XVIII. imposturas tuas in morem fasciculi florum obtuli, olim scripseris. Revocabo te; ausculta. Illud, ais pag. 4. mirum est, quod illi, qui primi omnium de *Sinis referebant, fabulas narrare viderentur*, & vix quorundam fidem obtinerent: postea summa fere omnia, & plane stupenda ducebantur ... --- deinde, ubi matura<sup>m</sup> deliberatio-

ne

ne judicii dolus patuit, errorem abjicimus,  
 sed quia in rem ipsam pauci inquirebant, nec  
 ob Scriptorum copiam, &, quam tum ob-  
 tinebant autoritatem, ea quæ sensissent, libe-  
 re dicere, minus in publicum proferre aude-  
 rent, hinc semper crescere in majus de Sinis  
 opinio, tantoque magis probare se, atque dif-  
 fundere, quanto majore clarissimorum virorum  
 patrocinio, quos in causæ suæ præsidium di-  
 versis, sed non bonis artibus inducebant,  
 se tuerentur, atque defendenter. His pag.  
 5. subdis. ea de causa magno studio quoæ sitæ  
 Gallorum, Anglorum, Germaniæ præsertim  
 eruditorum amicitiæ, suscepta horum causæ  
 longinqua itinera, oblata illius orbis diversa  
 munera, litterarum commercium non plane  
 infrequens — — non opus est de his plura  
 dicere, satis de Leibnitio scripsit Kortholtus,  
 & ipse Muratorius, vir cetera summus, in alio  
 quidem argumento, iisdem tamen artibus egre-  
 gie sibi illusum, quamvis tarde animadvertisit.  
 Præmittis autem pag. I. contra Sinenium anti-  
 quitas, leges, eruditio, cetera istiusmodi ad  
 culturam, & decus gentis pertinentia tan-  
 topere imposuere, ut viri celeberrimi avide  
 prorsus ista arriperent, idque primæ laudi  
 ducerent, si res illorum scriberent, vel inter-  
 pretarentur: Müllerus, Leibnitus, Vignio-  
 lius, Furmontus, Bayerus, & Deguine-  
 sius magna nomina. Hæc tua esse, si mo-  
 do frontem habes, negare non potes.

## §. V.

Nunc Paulum Venetum , & Mandevilleum  
 tibi in memoriam revoca , de quibus nuper  
 scribas : (12) primi omnium , qui de Si-  
 nensibus referebant , fabulas narrare videban-  
 tur , & vix quorundam fidem obtinebant :  
 erant hi ex Europaeis M. Paulus Venetus ,  
 & Mandevilleus Anglus . Atque hos Disserta-  
 tione tua V. cujus verba paulo ante exscripsi ,  
 abs te , non item Jesuitas , intellectos fuisse ,  
 affirmas . Si sic , ut affirmas , re ipsa sentis ,  
 dic nobis , amabo , qui fieri potuerit , ut Pau-  
 lus Venetus , & Mandevilleus quæsierint  
 amicitias eruditorum Galliæ , Angliæ , &  
 Germaniæ ? foverint cum his litterarum  
 non plane infrequens commercium ? aut quod  
 tandem ab his præsidium & patrocinium di-  
 versis , sed non bonis artibus obtinuerint ?  
 quæ item his Galliæ , Angliæ , & Germa-  
 niæ eruditis munera ex eo orbe miserint ?  
 quando & Paulus Venetus , & Mandevilleus ,  
 tum , si lubet addere , Plancarpinus ,  
 & Rubruquisius aliquot seculis his , quos  
 isthic nominas , eruditis priores fuere ? te  
 enim ipso teste Paulus Venetus (13) in exitu  
 Seculi XIII. & Mandevilleus , te rursum te-  
 ste , (14) anno 1332. vixere . Dic nobis rur-  
 sum , ubi seculo XIII. & XIV. Muratorius ,  
 Müllerus , Leibnitius , Vignolius , Furmontus ,  
 Bayerus , & Deguinesius , magna illa nomi-  
 na , fuere ? Hæres ? — necesse est igitur ,  
 ut

ut Dissertatione tua V. nec Paulum Venetum , nec Mandevilleum Anglum , nec Plancar inum , nec denique Rubruquisum , ut nunc putide contendis , sed Jetuitas Missionarios finenses intellexeris , quos certum est , cum his eruditis litterarum fovisse commercium , misisse iisdem ex illo orbe munera , & vicissim ab eis accepisse , quæ mutuæ urbanitatis officia , & grati animi testificationem , non item malas artes , ut vigilans somnias indicant . Vide rursum , quot plaustra imposturarum accumulaveris , dum bilem tuam , in Missionarios Jesuitas evomis .

### §. VI.

Non cessas eos vellicare , & novam bilis materiem ex *Trigautio* fugis , qui , cum duo genera eorum , qui de rebus finicis scripferant , constitueret , quorum alterum sit eorum , qui pleraque vel ipsi commenti sunt , vel audita nullo delectu pro veris evulgarunt , illicet subjungit : ab hoc (posteriore) numero , ne nostros quidem e Societate excipio , qui negotiatorum fide subnixi non advertebant , eos vel res suas , ut fit , augere , vel , quæ non satis habebant explorata , pro exploratis adferre , unde cum tandem aliquando nostris in regni interiora aditus patuisset , animadversum est , multarum rerum fidem intercidere (15) Hoc est , ut

---

(15) De Christiana expeditione apud Sinas &c. in præfationis fine.

res ab se loquitur, dum Jesuitæ Missionarii in Chinam interiorem penetrarunt, intellexere, multa aliter habere, quam alii Jesuitæ negotiatorum fide nixi, scripserint. Sed ignorare non debebas, postremos hos nunquam fuisse Missionarios sinenses, verum in Japonia, vel in Philippinis, aut Goæ, quorum litteræ exstant prius editæ, (16) quam Rogerius cum Riccio in Chinam penetrasset. Scripsere igitur hi aliorum, non sua, fide nixi, quod cum tu inter imposturas censeas, hoc ipso imposturam committis, qui illorum ingratiis malam eis fidem appingis.

### §. VII.

Verum urges ejusdem Trigautii testimonio egregie abusus. Ille locum superiorem ita continuat: *quin etiam ex eo ipso tempore, quo nostris ingressus patuit, primis potissimum annis, non nulla fortassis non explorata cum litteris nostris navigasse.* Hic tu more tripudiantis de tuo addis: (17) *Si enim nullo deleitu audita pro veris evulgarunt, si negotiatorum fide nitebantur, si non explorata pro exploratis cum eorum litteris navigabant, quid de rebus ipsis, quid de ipsis rerum scriptoribus erit sentiendum?* nil aliud profecto, quam te magnopere hallucinari, qui putas, res non ut in se sunt,

---

(16) Prodiere Venetiis apud Tramezzinum anno 1559. italicice; Rogerius autem cum Riccio primum in Chinam penetrarunt 1581. (17) Pag. 16.

sunt, sed ut alii narrant, re ipsa esse, quive sic omnia confundas, ut quæ diversis tribuenda erant, in unum perperam velis cogere. Priora enim ad eos, ut dixi, Jesuitas pertinent, qui nunquam in China fuere, & quæ a negotiatoribus audivere, ad Europæos perscribebant, in quibus fortasse judicium possis requirere, fidem non possis. Postrema vero ad eos Jesuitas spectant, qui in Chinam penetrarunt. Verum non ita, ut facis, juveniliter exultares, si illa *primis potissimum annis* rite perpendisses, & præterea Trigautii locum, ut tuus est mos, non truncasses. *Neque enim*, sic ille prosequitur, *simul atque Europam attigisti, Europæa omnia pernoscis, sed oportet, ut annorum diuturnitas, provinciarum lustratio, sermonis patrii peritia, librorum lectorio ad fidem faciendam accedat, quæ cum omnia hactenus simus assequuti, id sane conficitur, postremam hanc scriptionem, ceteras omnes superiores autoritate superare,* Vides eorum Jesuitarum, qui *primis potissimum annis* post suum in Chinam ingressum ad Europæos scripsere, errores ab Jesuitis, qui diu in China erant, provincias lustrarunt, linguam didicerant, & libros legere, correctos fuisse. Id si tu imposturam voces, omnes, qui a suo in Americam ingressu, linguæ ignari, *primis potissimum annis de rebus gentis illius erronee scripserunt, impostores fuisse oportuit.* Quod si ita

ita est, næ tu in hoc genere antesignanus  
merito dici potes, qui de rebus tibi non  
cognitis scribillas, autorum loca paſſim  
truncas, sensumque de industria pervertis,  
quemadmodum hoc loco abs te factum,  
dum Trigautii *fortaffe* depravando, in *certi-*  
*tudinem* converteris.

## §. VIII.

Jam putabam bilem tuam in Jesuitas  
defervuisse, cum ex improviso in *Leibni-*  
*tium* incidi, quem verbis D. *de la Croze*,  
blanditiis, & adulterationibus Jesuitarum  
facile capi solitum fuiffe scribis, & alibi  
tamen ab iis vituperatum Bruckeri testimo-  
nio quereris. (18) Trivultinos nempe Je-  
suitas intelligis, qui Leibnitii theodiceam,  
larvatum materialismum, & spiritualem  
spinozismum involvere, in suis recensioni-  
bus ostenderunt. Id recte quidem, sed  
nescio, qui fiat, ut nihil facile a te since-  
rum dici possit. Bruckeri Tomum IV. &  
pag. 385. memoras, addere tamen debe-  
bas, hæc parte II. Tomi illius contineri.  
Cur deinde reticuisti Joan. Georgium *Wach-*  
*terum*, J. Godofredum *Waltherum*, Ruar-  
dum *Andalam*, aliosque complures, omnes  
acatholicos, quos Bruckerus isthic recenset,  
& qui ejusdem cum Trivultinis Jesuitis  
sententiaz de Leibnitii theodicea erant?  
nempe ut in solos Jesuitas invidiam de-  
torqueres. Non te pudet in tam mani-  
festo

festo falsi crimine deprehendi? cur item  
supprexisti ea, quæ Bruckerus ad excusan-  
dos Jesuitas in hanc fere sententiam ad-  
dit: „æquiores tamen se in eo præstant  
„Leibnitio, fassi, non data opera, & ma-  
„litioso consilio talia effinxisse, sed ra-  
„tionis abusu, cum vim ejus maximam  
„animo possideret, ideoque argumenta-  
„tionibus metaphysicis cuncta complecti  
„vellet, qui virum cetera bonum se sem-  
„per præstiterit. „Cum tibi majus, quam  
mihi, ocium sit, facile rationem inibis,  
quot hic rursum imposturas commiseris.

### §. IX.

Sed impudentissima omnium, quas ha-  
ctenus de Jesuitis commentus es, im-  
postura ea est, quam cum infamia religionis  
Christianæ ex Trigautio per te depravato,  
Lectori exhibes. Exscribam prius locum  
ut illum refers, subjungam deinde, ut apud  
Trigautium est, quo omnibus constet,  
quam nulli religioni tibi ducas, scriptores  
castrare, distrahere, quædam reticere, alia  
pervertere, rursus quædam assuere, diffu-  
ere iterum alia, sarcire ex tuis multa,  
non nulla etiam fingere, hoc est, sutoris,  
sartoris, & figuli personas sumere, modo  
infamiae notam Jesuitis appingere possis,  
cum tamen hac ratione omnis infamia in te  
redundet. Tuus ex Trigautio locus ita  
habet: (19) *ad Proregem conciliandum,*

*ne*

ne forte inchoatum commercium interturba-  
ret, sumptu publico non exiguum munus ea-  
rum rerum, quibus Sinas delectari constabat  
mittebatur — — quæ mille aureorum sum-  
mam excedeant. Fuit vero primus Lega-  
tus Ruggerius, quem P. Valignanus visita-  
tor, episcopi vicem supplere jussit, eo confi-  
lio, uti tentaret, an perpetuam in eo regno  
posset stationem impetrare: ita, inquam, a  
te exscriptus locus habet; Trigautii con-  
tra in hæc verba. (20) Hoc igitur tempore  
supremum hunc magistratum gerebat e pro-  
vincia Fukiana (Fokiana) oriundus, nomi-  
ne Cinsui, vir sagax, idemque numorum cu-  
pidus. Cum itaque cuperet aliquid a Ma-  
caensibus emungere, hoc usus est artificio:  
diploma ad eos misit, quo diplomate jube-  
bantur episcopus, civitatisque Præfetus, ejus  
se quam primum sistere tribunal, quod intel-  
lexisset ab his advenas illos negotiatores gu-  
bernari. Re in deliberationem vocata, pa-  
rum tutum, & e dignitate Lusitana visum,  
quod jubebatur, ne tamen editum sprevisse,  
& Proregis auctoritatem neglexisse videren-  
tur, statutum est, ut nominatorum vicem alii  
duo supplerent. Episcopi vicem, auctore P.  
Valignano Visitatore, supplere jussus est, P.  
Michael Ruggerius, eo confilio, uti tentaret,  
an perpetuam in eo regno posset stationem im-  
petrare: in Praefecti locum Vrbanus Auditor  
nominatus Mathias Penella dicebatur. Ad

Pro

(20) Opere cit. pag. 149.

*Preregem porro conciliandum, ne forte inchoatum commercium interturbaret, sumtu publico non exiguum munus earum rerum, quibus Sinas delectari constabat, mittebatur. Panni holoserici, quos adhuc eo tempore Si- nœ conficere nesciebant, undulatæ vestes, cry- stallina specula, & id genus alia non pauca, quæ mille aureorum summam excede- bant.*

Hæc Trigautius. Si, quo cunque judice, publicam mecum sponzionem inires de cau- terio alterutrum nobis, qui locum hunc corrupit, inurendo, certe illo notatus non modo lucem, & confortia hominum vitares, sed scribillandi etiam pruritum execraberis. Nec enim bona fide verba Trigautii reddis, & præpostero ordine, quæ postrema erant, primis anteponis. Trigau- tius Rogerium episcopi vicem supplere jussum refert, eo consilio, uti tentaret, an perpetuam in eo regno posset stationem impe- trare: tu contra quæ Trigautius. de com- merciis Lusitanorum ad finem rejicit, con- festim in principio locus: ais enim: *ad proregem conciliandum ne forte inchoatum commercium interturbaret &c.* atque his, quæ Trigautius multo ante præmiserat. subjungis: fuit vero primus Legatus Rug- gerius &c. ut ignaris per svaderes, Roge- riū non eo consilio, uti tentaret, an per- petuam in eo regno posset stationem impetra- re ad propagandam religionem, sed præ- textu religionis ad mercimonia exercenda,

vicem episcopi supplere jussum fuisse.  
 Addis enim isthic sequentia: *constat enim non parum frequenter, mercatoris habitu, quin & mercimoniis instructos Missionarios iter sibi, alias imperium, facere.* Constat, inquis, idque ita fidenter, ut ne locum quidem dubitationi esse putas. Sed unde hoc tibi constat? an quia id Mosheimius, ad quem te revocas, olim scribebat? audiamus illum. (21) Der Heydenlehrer braucht Geld, und der Handel bringt Geld, kann also der Apostel in der Stille einen Kaufmann abgeben, so thut er wohl, sein Amt wird dadurch nicht entunehret, wenn er seinen Gewinn nur zu Ehre Gottes widmet. Et ex hac, si superis placet demonstratione tu constare tibi ais, *Missionarios mercimoniis instructos iter sibi, alias imperium facere?* miseret me tui bone Cetto, qui ipsas anus credulitate superes. Facta, quæ id doceant, non item nuda verba, a Mosheimio, & a te posco, & eosque, donec hæc produxeris, stigma cauterii, si modo sponsioni audes stare, circumferes. Longe alia discere poteras ex Montesquio, Buffono, Hallero, Taverniero, Puffendorfio & Kaempfero, nosti utique

---

(21) Tom. II. *Du Halde* pag. 9. regula 7. quas omnes ē cerebro suo commentus est. Longe alias regulas Missionariis Jesuitis eorum Institutum præscriptis, quas si *Mosheimius* legisset, ne is se intra siparium condicisset.

que, cuius religionis plerique fuerint? quorum verba, cum tuas imposturas denudaveram, satis prolixe depromti. (22) Sed tu, ut video, mavis fucorum, quam apum, naturam imitari.

### §. X.

Ceterum, si vel tantillum judicio valeres, illud tibi ante omnia cogitandum erat, verine simile possit esse, Missionarios Jesuitas, praesertim Sinenses, quorum plerique nobili, & prædivite loco nati erant, tot pericula mari, terraque exantlare voluisse, ut mercimonia apud Sinas exercearent, quod ne domi quidem facturi erant; infraque suam conditionem esse putassent? deinde id quoque tibi debebat occurrere, si unquam Missionarii in China se mercimonio dedissent, non id illis apud gentem pecuniae avidissimam, & mercimoniorum peritisissimam impune abiturum, quin futurum etiam fuisse, ut eos propterea apud tribunalia criminentur, quod tamen nunquam ab anno 1581. quo Chinam ingressi sunt, ad hanc usque ætatem contigisse, ullus, qui alicujus fidei fit, scriptorum prodidit. Prima enim omnium, quam sustinere de-

---

(22) In *imposturis Cettoiianis* pag. 39. & 40 item 55. & 56. ubi heterodoxorum honorifcentissima de Missionariis Jesuitis testimonia reperias, ad quæ Cetto, velut ad Medusæ caput obriguit.

debebant, criminatio ea fuit, quam sub pupillo *Cham-hy*, religionis infestissimus hostis *Jangquangfien* commovit. Præcipua criminationis capita a religione Christiana, & Europæa astronomia petebantur, En tibi verba: *Joannes Schall* --- in imperium & credulum vulgus disseminavit, *Iesum hominem nequam*, in *Judææ regno crucifixum*, *verum*, ac *legitimum esse cœli*, *rerumque omnium dominum*, ac *supremum illud Numen*, quod nos finico vocabulo *Xam-ti* appellamus. De astronomia vero: *in prima fronte astronomici diarii per singulos annos edi soliti*, *Joannes Adamus semper usus est ea inscriptione nimium ab Imperii nostri dignitate dissonante*: *juxta novam Europæam regulam*. (23) Nihil uspiam de mercatu Missionariorum in tota accusatione reperias, quod adversarius velut somitem, qui gentis querelas sufflamminasset, profecto non omislusus erat. Nec reliquæ deinceps criminationes seu sub *Cham-hy* rerum jam potito, seu ejus successore *Yong-chingo*, &, qui hunc in regimine sequebatur, *Kien-longo* in Missionarios concitatæ, aliud, quam religionem Christianam, prætexebant, ne verbo quidem de mercionibus addito, & tu *Mosheimio* rem, quam tota China ignorat, nude afferenti tam facile cre-

---

(23) Hæc P. Gabiani ex autographo finico vertit, ut est Hist. ab eo editæ parte II. c. XI. pag. 208. eadem accusationis capita existant, Historie générale de la Chine Tom. XI. pag. 57.

credis, quod nec adolescens, qui Logicam a limine salutarit, faceret, & credis tam cœce, ut non verearis illi calculum isthic addere, ubi *Fabrum*, & *Danielem*, utrumque Jesuitam, in asserti sui testes affert, apud quos eorum, quæ Mosheimus memorat, nec vola, nec vestigium est. *Fabro*, & *Danieli* eadem credulitate subdis P. Florianum *Bahr*, qui adversus Mosheimium scripserit, quem si legisses, non tam servitricius *Müllerum* fuisse confessatus. Tam solide enim Mosheimium tuum refutat, (24) ut nec is, nec alter quidquam contra ausus sit. Quidquid agas, aut valde peregrinum te in hoc argumento fateri debes, aut te voluisse de industria tot imposturas committere, ut Lectoris candore prudens volensque abutereris.

### §. XI.

Sed ne tempus inaniter teram, non attingo, quas mihi immerito appingis, calumnias, quibus viros eruditos Galliæ, Angliæ, & Germaniæ a me petitos fuisse criminari, quæ tam diu calumniæ non sunt, quamdiu eorum, quibus nitor, autoritatem fidemque non enervaveris. De D. de Paw, (25) & famigerato Norberto (26)

\*\* 2

D.

(24) Prodiit ejus opusculum Augustæ 1758. scripsit autem cum jam XIX. annis Missionarius in China, & Rector collegii Pekinensis esset.

(25) Edidit is *Recherches philosophiques sur les Egyptiens & les Chinois*. Quæ eruditorum ju-

tum de supposito Minorello , persto in sententia. Et quia nova se rerum seges , in quibus mihi instituendus eris , offert , cesso etiam reliquas , quibus omnis fere pagina scatet , imposturas tuas recensere. Venio ad id , quod tertio loco proposui , caput , nimirum te , dum omnia ad elevandam Jesuitarum famam congeris , multa grammatico , non item critico oculo , temere compilasse , ex quibus aut inficitia tua

dicia de hoc autore fuerint , retuli in *imposturis Cettoianis* pag. 17. & seqq. solidissimis autem rationibus refutatus est in memoriis finicis Tom. II. pag. 365 --- 574. & Tom. VI. pag. 245. ad pag. 373. quæ tamen bonus Cetto pag. 24. ita *levia* , ita *proletaria* esse ait , ut *risum & contemptum mereantur*. Egregia , herde ! demonstratio ! His mox subdit , duos juvenes finenses Jesuitas , qui Parisios ad condiscendas scientias , & artes Europæas missi erant , dum controversia inter *Deguingsum & Deshautescayum* de Sinis , velut colonia Ægyptiorum , orta esset , eosque de characteribus Isidis Taurinæ consultos , an cum finicis congruerent , respondisse , se novem annorum spacio , quibus a patria abessent , exactam veterum characterum notitiam non habere. Hæc propterea Cetto , ut fucum faceret , duos hos juvenes non fuisse idoneos , qui D. de Paw , refutarent. Sed hac ratione impudenter Lectori imponit. Nec enim isti , sed P. Amiot , in finica litteratura versatissimus , D. de Paw confutavit , ut præfixa fronti majuscula littera A. aperte indicat. Nec D. de Paw ad hæc , quod quidem sciām , hæc tenus quidquam respondit , & nunc audet Cetto ? quantum distant æra lupatis ! ( 26 ) Quid de Norberto Capucino , qui Chinam nunquam vidit , alii , etiam sui ordi-

tua, aut imposturæ tamquam per rimas traluent. Specimen esto in *Aymonio*, cuius locum tuis, non item Eruditorum Lipiensium verbis refers, eo consilio, ut ostendas, Missionarios finenses, dum *Confucii* opera ediderunt, regi Galliæ, Pontificibus, & Cardinalibus imposuisse. Exscribo locum, ut illum nobis exhibes (27) *Exstat, ne de aliis dicam, in Actis eruditorum Lipiensium anni 1713, observatio circa scientiam universalem in libro Confucii in charta finensi, duobus voluminibus spissis majoris formæ scripto, exhibitam, quod Ms. penes ipsos Jesuitas Parisienses, & Antverpienses fuit, quo tempore partem ejus mutilam edidere.* Jam vero a viro C. Aymonio, verbi

\*\* 3

di-

ordinis viri, senserint, in *imposturis Cettoianis* pag. 63. & seqq. memoravi, addidique, qua ratione is manum D. Lollierii, episcopi Justopolitanus imitatus, & in manifesto facinore deprehensus, crimen falsi publice cum insigni nominis sui infamia retractare coactus fuerit, quod ego testimoniis irrefragabilibus ostendi. Et Cetto pag. 132. de hoc falsario ita: *Norbertus vir religiosissimus, & cuius nomen aureis litteris scribendum primi dignitatis viri censem.* Quinam viri hi primæ dignitatis? respondet Cetto, quis alter quam *Hortazius ejusque epistola ad P. Cercagvai*, ut exstat apud Harenberg Tom. I. pag. 839. qui hæc ex personato *Portugalio*, hic ex *theatro Jesuitico*, & *tuba magna*, libris autoritate sacra, & civili dum condemnatis sumvit. Euge! religiosissime Cetto appara *Norberto apotheosin*, & nomen religiosissimi viri aureis litteris ad posterorum memoriam commenda. (27) Pag. 38.

divini apud Hagienses ministro afferatur, qui editionem integrā meditatur. Discimus ex his memorīis Aymonianis, editionem Confucianorum scriptorum anno 1684. publicatam, vix tertiam partem Ms. complecti, deceptos esse a Jesuitis, Galliæ regem, variosque Pontifices, qui de gravi processu ex his materiis theologicis, & philosophicis, moralibus, ritualibus, & politicis, inter hos, & reliquorum ordinum Missionarios finenses nato, sententiam tulerunt. — — Prolixam præfationem, seu dissertationem præliminarem, eviderter in Parte II. detegere, necessarium fuisse Societati, operum Confucii depravitatem, partim ut reliqui Missionarii Romæ damnarentur, partim ut de his S. J. scripta approbarentur. Multa falsa maximi momenti Galliæ & Italiae S. J. omisisse, imitatos fuisse Coupletum, ejusque collegas, edendo hoc opus, non nisi resectis, & mutatis omnibus, quæ suo systemati erant adversa; superpresso insuper integro textu finensi, ut glossas plane sensui litterali aphorismorum Confucii, aliorumque philosophorum finensium contrarias constituerent, id quod exemplis satis gravibus ostenditur. Hæc quidem ostendunt, quantum manu in exscribendis, non item iudicio in discernendis, rebus valeas. Sine, ut te erudiam.

### § XII.

Ante omnia ex te percontari debuisses, qui Ms. hoc, quod Intorcetta Romæ re-  
li-

liquit cum tota paraphrasi integri textus Confucii, (28) a Jesuitis Parisiensibus, vel Antverpiensibus ad Aymonium pervenierit? præsertim quod ipse Bayerus (29) dicat, incertum esse, qua id ille via obtinuerit. Profecto ut Jesuitæ id cum eo communicarint, fidem omnem superat. Cum tuo judicio, tertia sui parte mutilum ediderint, quis credat, eos tam stolidos fuisse, ut malas suas artes, quibus eos valuisse perpetim crepas, homini heterodoxo sponte proderent? deinde, si Aymonius se id ad patefaciendas Jesuitarum fraudes editurum minatus est, cur non edidit? nam illa Bayeri, editionem impensarum difficultate, aut aliqua alia re interversam fuisse, (30) admodum calva sunt, præferrim si cogites, Belgium ea tempestate famosorum in Jesuitas libelorum fœcundam officinam fuisse. Rursus inquirere debuisses, quo modo Jesuitæ edendo Confuciū, regem Galliæ deceperint? quid, quæso, regi Galliarum cum Confucio? Pontifices vero & Cardinales itidem fuisse deceptos, qui de gravi processu in materiis theologicis inter Jesuitas, & aliorum ordinum Missionarios sententiam tulerunt, tam est stolidum, ut nemo, nisi controversiæ de ritibus finicis rudissimus id potuerit in chartam con-

\*\* 4 jice-

---

(28) *Sotvellus* Biblioth. Scriptor. Soc. Jesu, artic. *Intorcetta*. (29) *Museum sinicum Tom. I.* pag. 17. (30) *Ibid.*

jicere. Controversia enim hæc quæ anno 1636. a Dominicanis cœpta est, anno 1656. die 23. Martii sopia, & sententia pro Jesuitis pronunciata est, in cuius possessione usque ad annum 1704. permanfere, ut in loco uberiori declarabo. Cui ergo bono Jesuitæ Pontifices, & Cardinales anno 1684. deciperent, qui pro iis jam anno 1656. pronunciarunt? nec appetet ulla prudens ratio, Jesuitas Confucii scripta eam ob causam anno 1684. edidisse, ut alorum ordinum Missionarii damnarentur Dominicani enim & Jesuitæ, illi Innocentii X. hi vero Alexandri VII. decretis nitebantur, & de Maigroti lite anno 1693. fuscitanda nec Dominicani, nec Jesuitæ anno 1684. quidquam scire poterant; de quibus singulatim alias disseram. Illud etiam absurdum, quod eruditii Lipsienses Aymonio in hæc verba tribuunt: (31) poterunt ergo sententiæ in horum (Jesuitarum) favorem a Pontificibus contra reliquos Missionarios, præcipue eos, qui sunt ex seminario missionum exoticarum Parisiensium, latè in aula Romana revocari, cum contenta hujus Ms. non depravata prodibunt. Sönnia hæc sunt Aymoniana. Nec enim unquam in causa finica adversum Missionarios seminarii Parisini, quin potius pro iis, ut infra ostendam, Curia Ro-

Romana sententiam tulit. Per multum etiam intererat, ut, quid hominis Aymonius fuerit, Lectorem docuisse, ne, quæ fides illi habenda sit, ignoraret. Suppabo tuam negligentiam. Erat is Delphinas Gratiopolitanus, presbyter Catholicus, mox ad Reformatos in Hollandiam profugus defecerat, verum anno 1706. reditum simulans Parisios venit, & in collegium missionum, quas vocant, exterarum admissus, annuaque pensione sublevatus, in familiaritatem D. Clement bibliothecæ regiae Praefecti se insinuaverat, ut aditum ad Bibliothecam obtineret. Hoc impetrato, familiaritate D. Clement turpiter abusus non modo e Codd. Ms. folia quædam excidit, puta, ex membranaceo vetustissimo epistolarum S. Pauli Χριστογραφω folia 35. & e Bibliis Ms. Caroli Calvi Imperatoris folia 14. sed novem etiam integros Codices Ms. furto sublegit, cumque iis in Hollandiam reversus, quædam cœpit edere ad impugnandam Ecclesiam Romanam, quorum autographa ægerrime tandem, agente apud ordines fœderati Belgii, Legato aulæ Gallicæ, restituta sunt. Ex furto sublatis codicibus duo erant Sinici, alter hoc titulo: *dialogus familiaris inter Confucium, & alium: alter de arithmeticā.* (32) Inde verisimiliter fa-

---

(32) Adelung Fortsetzung und Ergänzungen zu Göhers gelehrtē Lexikon I. B. p. 1297, & Cata-

ctum, ut fidem apud aliquos inveniret, Ms. Confuciani operis apud se existare, nam qui id a Parisiensibus, vel Antuerpiensibus Jesuitis ad eum pervenerit, nemo hactenus docuit, nec ipse Aymonius prodidit, quod tamen ad faciendam fidem pernecessarium erat. Ceterum, quid ille in edendo hoc opere facturus fuerit, fatis declarant libri, quos ex alienis linguis verterat, de quibus vide *Marchandum*, (33) qui, quamquam Helveticae confessio-  
nis fuerit, egregie tamen veritati litat. Id unum, & risu quidem dignissimum libet addere, quod idem Aymonius, tua opinione eruditissimus, Paulum Manutium inter Magistros sacri Palatii cooptaverit. Censesne hunc hominem, qui in domesticis ita cœcutivit, in sinicis oculatiorem fuisse? Nec illius inter promissa Aymoniana oblivisci debebas, quod Lipsienses Num. VII. referunt: nempe proditurum se ex litteris hieroglyphicis, quas Jesuitæ in editione Confucii omiserant, quibus consilium contineretur, quod illi de ex-

TO-

---

logue de la Bibliotheque de Roy Tom. I. des livres imprimés, Preface pag. 46. (33) Di-  
tion. historique Tom. I. à la Haye 1758. pag.  
32. 33. & 155. de his ita: Selon l'inexactitu-  
de ordinaire de ce traducteur. Et de Concilio  
Hierosolymitano: il n'avoit qu'un homme aussi  
ignorant qu'Aymon, qui put le regrader com-  
me un tresor. Et alibi: il seroit bien difficile  
de montrer une ignorance plus crasse de notre  
histoire & de nos usages.

auctorando Imperatore Tartarico, & subrogando quodam ex stirpe veterum Imperatorum, & in suis scholis educato, inierant. Sed bonus Aymonius vel uno hoc fatis declaravit, quam parum in historia sinica illius temporis versatus fuerit. Nec enim Jesuitæ, si Riccium in primo ad Chinam aditu demas, unquam scholas publicas isthic habebant, & *Litchyngus* Imperii invasor tres filios postremi Imperatoris ex famili *Tai-ming* trucidari jussit, & is, qui se anno 1645. hærede in ferebat, impostor compertus est. (34) Denique coronidis loco addere poteras, illa quæ Aymonius apud Lipsienses ad calcem citati abs te operis in hæc verba refert: *Multas quidem Jesuitarum Societas in hoc vasto Imperio jam possidet regiones in quibus metalli fodinæ, aquæ, in quibus margaritæ, & portus, in quibus urbes commerciis aptissimæ, quæ omnia prætextu religionis occupavit per privilegia a Mandarinis hujus sectæ impetrata ab Imperatoribus, (e) quibus multi Ministri Status, & Mandarinini ex ordine Jesitarum sunt.* Hac ratione Lectori ostendisses, hominem hunc penitus insanire, simulque agnovisses, jam nullam in his actis Lipsiensem partem habuisse Leibnitium, qui tam spissis erroribus haud dubie litarum inducturus erat, credoque ipsos Lipsienses hujus

---

(34) Du Halde versionis germ. Tom. VI. pag. 65. & 81.

hujus judicij pudere. Habet schema, quo discas critico prius oculo legere, quam mechanice, ut ita dicam, scribere incipias.

### §. XIII.

Mirum sane est, te, qui in decursu opusculi tui quid quid Sinicum est, præcipue ritus eorum, passim vellices, hæc turpi-ter ignorasse, quo minus ferendum puto, te in hoc ipso argumento uti fontibus non satis sinceris, imo ab Ecclesia solenni verborum forma partim damnatis, partim gra- viter vetitis, cuiusmodi profecto est icon de *Sacrificio Confucii*, a Quesnelliianis, uti complures calumniis pleni ab iisdem libelli, in Belgio procusa, (35) quemadmodum Clemens Papa XI. in suo Brevi anno 1703. ad Catholicos Hollandiæ dato questus est. *Quis enim, inquit, ut cetera taceamus, tot ab iis in hac causa editos libellos videat, jurgiis, maledictis, mendaciis, calumniis undeque scatentes, quos magno vel ipsis heterodoxis, scandalo esse comperimus, quin statim agnoscat, quam longe illorum autores, defensoresque a Spiritu Dei sunt, qui non est diffensionis Deus, sed pacis.* (36)

Et

(35) Talis icon prodiit de archiepiscopo Seba-  
steno, qui Romæ pro Jansenii seftatore agni-  
tus. & dignitate privatus fuit. Inscriptiones  
nihil plane salis, multum vero bilis habent.

(36) Censura libelli, cuius titulus: Considera-  
tiones super reflexionibus iu causa Sinensi,  
Præfat.

Et tu non solum aliquam eruditio[n]is famam recusa hac icone te assequi posse sperabas, sed ausus es etiam disertis verbis affirmare : (37) *non ergo jam adeo odiosa videri debent ARNALDI, & ejus AMICORVM.* Cave, ne cum illis ulules. Ceterum, quod me in iconismo abs te instaurato, prima fronte advertit, erat inscriptio: *solemne Sacrificium Confucii:* subiitque, ritus Sinicos tamquam idololatricos a te traduci, & Sinenses atheismi incusari. Tune, qui apud tuos Lector Theologiæ eras, audes, & potes idololatriam cum atheismo conjungere ? audi, quæso, Augustinum : (38) *nemo unquam sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit.* O ! te theologum mirabilem, & desultorium præterea historicum ! qui ab Hunnis, inde enim vitilitigationes nostræ ortum sumfere, qui, inquam, ab Hunnis, quos post diluvium ad montes Gordiaeos, duce Annio Viterbiensi fabulatore, olim locaveras, his turpiter desertis, ad impugnandos annales sinicos te repente converteris. Sperabas nempe, ut, si hos tua opinione enervasses, meos etiam, quos ex illis de Hunnis contexueram, eadem opera, unoque halitu diffares. Hoc-

---

(37) Pag. 128. (38) Lib. I. de civitate Dei, c. 4.

Hoccine tu efficere te posse sperabas? cogita, annales sinici Imperii, quos Imperator *Cham-hy* in linguam maternam, hoc est, Manscheuricam converti jussit, quos Tribunalia litteratorum summa severitate ad criticen exegerant, quos obsecro ne exhorrescas, quos, inquam, a Jesuita P. de Mailla gallice conversos, Europæi ut ederentur, summis votis optarunt, pro quibus comparandis, ut primum eorum in publicis ephemeridibus indicium factum est, Angli, Galli, Italiique, inter quos non pauci languinis regii, Principes, Duces, Academiarum membra, aliquique viri doctrina præcellentes fuere, nomina sua certatim profitebantur, hos tu annales corrogata a Canonicus de *Paw*, Capucino *Norberto* homine falsario & ficto *Minorello*, precaria ope, sperabas te posse evertere? nimum, si in hac opinione es, tibi blandiris! leguntur hi etiam hodie, & quo sæpius leguntur, eo p'ures præjudicia sua contra antiquitatem Sinicam, relinquunt. Quamdiu igitur his annalibus apud doctos precium erit, & semper erit, tam etiam mei, quos de Hunnis o' e scriptorum sinicorum contexui, quid quid contra mutias, præ tuis Hunnis Gordiis locum obtinebunt. Quare, si quid deinceps contra annales sinicos obmoveris,

nisi-


nullum a me responsum accipies, ne major tibi ex meis, quam tuis scriptis, fama accrescat. Vale! dabam Peftini XIII. Kal. Julias, M.DCC,LXXXVIII.

Jam finieram, cum fortuito librum tuum aperui, incidiue in plura loca, in quibus de sanctitate Confucii, hostiarum immolatione, altari &c. item de quæsitis Congregationis de propaganda fide in causa rituum finicorum, de *Turnonio*, *Navarettæ* &c. prolixè agis, vidique, te in tam spissos errores non alia ex causa prolapsum esse, quam quod in rebus finicis plane peregrinus sis. Itaque puto me operæ precium facturum, si te in his instituendum sumam. Id yero, ut exterarum Academiarum morem, & phrasim sequar, aliquot *Collegiis privatissimis*, quæ magno alias veniunt, & ego amicitiae causa gratuito tibi præstabo, me facile absolutum spero. Verum quidem est, Clementem XI. anno 1710. gravissima censoriarum comminatione vetusse, ne quis hanc materiam, nisi obtenta a sancto Inquisitionis officio venia, tractare ausit, sed cum ea comminatio hunc finem solum habuisse videatur, ne disidentium Missionariorum animi hujusmodi scriptoribus magis irritentur, hujus autem, causa rituum finicorum a Benedicto XIV.

pri-



pridem jam finita , nullum hodie periculum sit , licebit nobis , nam præsentem te mihi esse imaginor , sine noxa hoc argumentum historica narratione complecti . Sede igitur , & diligenter ausculta .



Hi-



HISTORIA  
CONTROVERSIARVM  
DE  
RITIBVS SINICIS  
AB  
EARVM ORIGINE AD FINEM  
COMPENDIO DEDVCTA  
ET  
OCTO COLLEGIIS ABSOLVTA.

---

COLLEGIVM I.

Quæ fuerint initia religionis Christianæ apud Sinas? ut sensim obliterata sit: per quos, & quando instaurata: quis in ea inducenda modus, & quæ cautelæ adhibitæ fuerint: per quos, & qua de causa progressio religionis primum intercepta; & quo eventu, fuerit.

§. XIV.

Cum Trigautium legeris, nescire non potes, esse quosdam, qui initia religionis apud Sinas Divo Thomæ Apostolo, vel ejus discipulis tribuant, authoritate Breviarii Ecclesiæ Mabaricæ lingua Chaldaea scripti, in eam opinionem inducti, in cuius Nocturno secundo hæc leguntur: per divum Thomam regnum cælorum volavit, & ascendit ad Sinas. His

A

ad.

addunt constitutionem Synodalem Theodosii Patriarchæ, qua cum decretum esset, ut vicini episcopi quarto quoque anno ordinationi Patriarchæ interessent, de remotioribus placuit in hæc verba decernere: *Sic etiam episcopi magnæ provinciæ, nimirum reliqui metropolitæ, Chinæ, Indiæ, &c. qui longissime absunt, nec vastissimi montes, & turbulenta maria permittunt eis transitum ad libitum, mittant litteras consensionis ad Patriarcham sene sexto quoque anno.* Hæc Trigautius. (39) Hic velim, ut, ubi locum nauctus fueris, *Mamachium* corrigas, (40) qui Ecclesiæ Malabaricæ perperam substituit Arabicam, nec vidit apud Trigautium, quem his oculis abusum, nulla redditæ causa, queritur, Persas ab Indis aperte discerni. Atque hæc ut aliquam verispeciem habent, ita non satis gravibus ad persuadendum adminiculis suffulta sunt. Illud certius, Christianos Nestorianæ labe infectos, sæculo VII. in Chinam penetrasse. Hujus rei fidem facit lapis marmoreus anno 1625. in urbe *Sigan-fu* provinciæ *Chen-si* erutus, qui partim sinica, partim syriaca lingua inscriptus, præcipua religionis Christianæ capita complectitur. Ducto enim a creatione mundi, & hominis initio, hujus lapsum, & reparationem per Messiam a Prophetis præsignatum, & natum ex Virgine, tum Magos ab oriente cum muneribus memorat, & compendium legis Christianæ describit, quæ ab *Olopueno* ex Palæstina primum in Chinam illata, & magno favore ab Imperatoribus accepta, post vero variis vicissitudinibus acta fuerit. Hæc sinice in medio exarata sunt: in marginibus vero Syriace episcoporum, & sacerdotum nomina fere sesqui seculi exhibentur. Postrema *Kircherus* suo marte, Sinica vero Alvari *Semedi*, & Michaelis *Boimi* Jesuitarum opera, tum Andreæ, & Mathæi origine Si-

---

(39) Cit. op. Lib. I. pag. 124 -- 25. (40) Origg. & Antiqq. Christian. Lib. II. pag. 375.

Sinensium studio vestit, (41) sed versioni Kircherianæ alii præferunt eam, quam *Visdelous* fecerat, (42) & quæ nunc penes D. *Deshautefrayes* est, qui aduentum *Olopueni* in Chinam affigit anno Christi 635. & erectionem lapidis anno 781. (43) Kircherus contra primum anno 636. & postremum 780. Ab utroque dissentit *Renaudorus*, (44) qui lapidis erectionem ad annum 782. retrudit, & Kircherus duorum annorum errorem, immerito objicit, (45) ut ex subducia utriusque temporis ratione perspicuum est. Aliqua Nestorianorum vestigia adhuc seculo XIII. in China extitisse Paulus Venetus memorat, dum urbis *Quinsai* palatum describens subjicit: *una solum in ea est ecclesia Christianorum Nestorianorum.* (46)

## §. XV.

Quid his deinceps factum sit, nemo, quod sciam, prodidit. Credibile est; ut inscriptio lapidis videtur subobscure indicare, sensim fuisse dispersos, &, ut in unam cum Sinis gentem sensim conflati erant, ita istorum quoque religionem adoptasse. Certe nullum Christianæ religionis vestigium, cum Missionarii Seculo XVI. in Chinam penetrarunt, isthic repertum est. Qui, & ex quo ordine religiosorum primi fuerint, qui religionem Christianam ad Sinas invexerint, non nulla plane disceptatio est. Ego, ne quid, quod tibi semper suasi, & alteri menti impressum cupio, studio partium detur, afferam chronologico ordine, quæ firma autoritate nituntur. *Augustiniani* anno 1577. duce P. Martino

A 2

(41) *China illustrata* a pag. 5. ad 35. (42) *Idee générale de la la Chine &c.* Tom. V. Mem. Chin. p. 62. (43) *Hist. générale de la Chine* Tom. VI. p. 319. (44) *Remarques sur les principaux endroits &c.* *itineraire* duorum Arabum pag. 235. (45) S'est, ait *trompe de dix ans.* Credo errorem typi esse, &, ut patet, referi bendum: *de deux ans.* (46) *Lib. II. c. 64, p. 113.*

tino de *Herrada* (47) in Chinam ex insulis Philip-  
pinis penetrarunt, quibus tamen non diutius, quam  
quatuor mensium & XVI. dierum spacio isthic mor-  
rari indultum fuit. (48) Hos anno 1579. conse-  
quuti sunt *Franciscani*, quos Petrus de *Alfaro*,  
provincjæ *Manilanæ* Custos ducebat, sed & hi post  
VII. menses, nulla re patrata, ex Imperio exacti  
sunt. (49) Biennio post non integro, hoc est anno  
1581. *Rogerius* quem tu mercimonii causa id fe-  
cisse, (§. 9.) aliis persuasum volebas, & cum eo  
*Possius*, ac *Riccius*, omnes *Soc. Jesu*, & linguae  
*Sinicae* jam satis periti, aliquanto feliores in hoc  
conatu, quam ceteri, fuere, de quibus, ne ordi-  
nem interrumpere cogar, alias dicam. Anno 1590.  
*Dominicani* cum P. *Castilio* alia, quam *Macaensi*,  
via appulere, at ubi portum tenuerunt, scribit *Macha-  
chius*, interrogati, cujates essent, cum se ex  
Europa venisse, ut Christum nunciarent, dixissent,  
ad Praefectum adducti, ejusque jussu in vincula  
conjecti, annoque po<sup>r</sup> pulsi in exilium fuere. (50)  
Anno denique 1630. rursus Dominicani aditum in  
Chinam tentarunt, eodem *Mamachio* teste: (51)  
qui primus *Pædicatorum ordinem in Sinenſi Imperio*  
*circa annum 1630.* stabilierit, *Angelus Cocchius*  
fuit *Florentinus*. Hæc, ut dixi, firma autoritate  
nituntur. Intercedit tamen *Mamachius*, qui Ca-  
sparum a cruce sui ordinis virum circa annum 1555.  
in Chinam venisse affirmat, aut, ut alii volunt, anno  
1556. Sed cum ob pervicaciam Sinarum nihil ef-  
ficeret, subdit, illum id tandem obrinuisse, ut ex  
*Imperio pelleretur: verum negari non potest, quin*  
*eius opera intelligi Catholicorum nomen in iis regio-  
ni-*

(47) *Mamachius* & *Gazzaniga* erronee expri-  
munt de *Rada*. (48) *Gonzalez de Mendoza Hist.*  
*magni regi Chinens.* Part. II. L. I. c. 13. (49)  
*Itinerarium P. de Tordesillas* c. 2. (50) *Cit. op.*  
pag. 380. (51) *Ibid.*

*nibus potuerit.* (52) Si linguam ignoravit, intelligi certe nomen Chatholicorum a Sinis non potuit, qui ne Christianorum quidem per id tempus rite intellexerant, linguae autem Sinicæ peritum fuisse Casparum, nusquam Mamachius memorat, Ceterum si is propterea id contendit, ut initia religionis Christianæ apud Sinas suo ordini afferat, æquum, si non certius, jus penes Jesuitas erit, quod Franciscus Xavier jam multo ante aditum ad eam gentem tentans, in vicina Chinæ insula Sanciano mortem obierit, & ab ejus morte Melchior Nunius, postea Aethiopæ Patriarcha creatus, anno 1555 in Chinam eyangelii promulgandi cœla penetraverit, integrumque fere annum illic moratus sit. (53) Id ipsum forte in causa sit, cur Mamachius Riccium in exitu primum Seculi XVI, in Chinam venisse narret, veritus, opinor, ne, si annum 1581. diserte expressisset, lacunam ab hoc anno ad 1590. Augustinianis, Franciscanis, & Jesuitis implere debuisset. Hinc mirari non debes, si Gazzanigam Mamachio consentientem legeris in eo opere, quo discipulos suos Vienne in theologicis disciplinis instruerat. Ita enim scribit: (54) *medio fere seculo XVI. Gaspar a cruce Dominicamus, ac post illum non nulli alii ex eadem mea familia, primi omnium in florentissimo illo regno, religionem Catholicam iterum plantare conati sunt: tum post paucos annos eodem appulit J. Martinus de Rada Augustinianus, ac demum sub iusdem exitu Mathias Riccius Soc. Jesu, multique alii ejus socii, tum Franciscani, aliorumque Institutorum alumni in eandem regionem*

A 3

pe-

(52) Cit. op. pag. 380. (53) Sotvel Biblioth. Scriptorum Soc. pag. 610. Ipse etiam Nunnius id affirmat in epistola, quam ad Socios in India Macao die 23. Novemb. 1555. scripserat. Vide epistolas supra laudatas, & Venetiis anno 1559. apud Tramezzinum editas. (54) Traëstatu IV. edit. Vien. 1775.

*penetrarunt.* Hoc est, errorem discipulis cum lacte i generare, quemadmodum ex chronologia, quam contexui, patet.

### §. XVI.

Id uincunque sit, persequamur institutum. Si temporaneas procursiones in Chinam quis consideret, certum eit, alios religiosos præ Jesuitis primas tenere, sin contra rationem domicilii, & stationis, &, quod hinc consectarium est, inductæ religionis Christianæ primordia in censum vocemus, dubium non eit, quia fundatæ apud Sinas Missionis initium Jesuitis tribuendum sit. Accipe nuic, qui id factum. Ubi Rogerius cum Pinella urbis Macaensis Auditore Præregem Cantonensem oblatis muneribus deliniisset, is rursum sibi munera, precio ab se redimenda, afferri jussit. Sed Rogerius morbo corruptus renunciari per Pinellam curavit, se inter munera, quæ Prorex afferri jussisset, machinam, quæ, nullo pulsante, horas ære campano indicaret, habere. Id ubi ille intellexit, confessim diploma scribi jussiferat, quo Rogerius, quam primum per valetudinem licuerit, cum machina adesset. Ad erat is non multo post cum Francisco Pasio, & præter machinam horariam, vitrum etiam trigonum attulit. Utrumque Proregi ita placuit, ut in fano idolorum suburbano statione illis designata, hospites quinque mensum spacio liberaliter haberet. Verum cum locus novo Proregi proxime venturo datus esset, veitus, ne, quod exteros hospitio receperisset, id sibi vitio daretur, utrumque Macaum remisit. Id Rogerio spem propagandæ religionis penitus succidere videbatur, cum nihil tale cogiantes novus Prorex, incertum, an decessoris exemplo, an cupiditate habendi inductus, Cantonem revocavit. Rogerio, quod Pasius interea ad Japones abi erat, comes aditus est Riccius, qui Casparis Vie gæ præpotentis Lusitani munificentia adjuti, dum Præregem salutant, & muneribus excolunt, obtenu-

to struendæ ædi in urbe *Sciauquin* loco, socios Eduardum *Sande*, Antonium *Almeida*, & Franciscum de *Petris* Macao in subiidium vocarunt. At vix locum obtinuerant, cum, suscitata a Bonziis seditione, rursum cedere coacti, mox iterum revocati sunt, nova illis non modo *Sciauquini*, sed in urbe etiam *Xauciana* sede attributa. Hæc annis 1581 & 1582. acta. (55)

## §. XVII.

Rogerius, tam auspicato initio mire recreatus Macaum rediit, hinc in Europam pro novis supplementis soluturus. Riccius igitur, cui onus ab hinc præcipuum incumbebat, ab infestatione Bonziorum Proregis autoritate non nihil jam liber, ut viam seminando evangelio præstrueret, a mathematicis disciplinis, quibus gentem eam mirifice capi observaverat, exorsus, ludum aperuit, & confuenti juventuti Euclidis elementa, & Clavii sphœram prælegere cœpit. Ea res cum ad Mandari nos vicinarum provinciarum vulgata esset, visendi viri cupiditate ducti, frequentissimi accurrerunt, ejusque consuetudine, ac in primis scientiarum mathematices existimatione permoti, amicitiam, posito familiari Sinis fastu, cum eo coluerunt. Ipse adeo Prorex Nankinensis hac fama permotus, Ricciū ad se accersit, & cognita viri doctrina domum *Nankini* eidem tribuit. Hac benevolentia ille in spem amplissimi fructus erexit, ita religionis negotium privatim tractabat, ut publice matheseos studium non intermitteret, captatoque tempore, & loco, munera Europæa eminus ostentaret, inter qua cum minor altera, altera major horaria machina, palitorum Europæorum typi, icones elegantissimè pincilo piætæ, & id genus alia Sinis hactenus parum cognita, cernerentur, Prorex favorem aulæ captans,

A 4

---

(55) *Trigautius* op. cit. Lib. II. c. 3. 4. 5. & reliquis.

tans, Imperatorem de omnibus edocuit, a quo Riccius cum muneribus & sociis accessitus, publico, ut illic mos est, commeatu *Pekinum* venit, salutatoque Imperatore, & oblatis muneribus, tum porrecto libello supplici, jus domicilii, quamquam peragre, quod tribunal Rituum in principio vehementer adversaretur, obtinuit. (56)

### §. XVIII.

Obtenta Pekini sede, cum crebro ad aulam, pro dirigendis horariis machinis, evocaretur, sensimque in primariorum Mandarinorum familiaritatem se insinuaret, sedulo ad pernoscendos gentis mores, regni instituta, & consuetudines incubuit, adyertitque, Bonzios a litteratis, quorum caput Imperator erat, despiciatur haberi, proinde ad amplectendam religionem christianam non plane inidoneos esse. Sed id quoque illum attonitum, sensimque redidit, quod videret, ab iissem litteratis *Confucio* gentis magistro, & defunctis parentibus, majoribusque suis eos honores haberi, qui primo obtutu superstitionis non levem suspicionem ingerebant, Itaque cum litteratis saepius, quam alias, congressus, intellexit, eos honores legum sanctis constitutos esse. Sed is verba sibi dari ratus, collato cum sociis consilio, eos diligenter libros classicos Sinensium scrutari jubet, ipseque, qui præceteris linguam callebat, iis perlegendis incumbens, post longum, molestumque laborem plane sibi comparsus visus est, ritus hos jam multo ante, quam idolatria in Chinam illata esset, (57) in usu fuisse, ac postea, quam sectæ variorum in regnum irrepserint, istorumque sacrificuli de suis superstitionibus haud pauca, quæ primævæ institutioni adversabant-

(56) *Tirgautius* Lib. 3. & 4. item *Histoire générale de la Chine &c.* Tom. X. pag. 390. (57)

Illata est anno Christi 65. Vide *Hist. générale de la Chine &c.* Tom. III. pag. 357. & *le Faure acta de ritibus sinicis politicis* pag. 86.

bantur, Imperatorum editis, præcipue Hong - cui anno 1384. severe verita, statuas Confucio erectas confringi jussas esse, ac quidquid superstitione ab iis ex India advectum erat, penitus interdictum fuisse. Hæc cum ex libris classicis compérisset Riccius, usque ipso videret, non Sinas solum; sed Mahometanos etiam, & Judæos, iisdem ritibus mortuos, quibus fere vivos, prosequi, intellexisset, que ex præcipuis litteratis, id honoris genus ab ortu & institutione sua ad politicen spectare, in adversaria sua, ut deniceps accuratius discuterentur, retulit. Hæc sunt illius: (58) *nihil porro in hac lecta (litteratorum) celebrius est, quodque latius inter omnes, scilicet a rege ad infinitum quemque pertinet, quam justa funebris, quibus quotannis parentibus, avisque parentatur.* --- --- In his observantiam suam statuunt, mortuis scilicet obsequentes majoribus, ut ajunt, ac si essent superstites: nec tamen arbitrantur, appositis mortuos vesci ferulis, aut iis etiam indigere, sed id genus officii ideose exhibere afferunt, quod alia ratione nulla amorem in eos suum sibi testari posse videantur. Ino etiam afferunt non pauci, ritus hos fuisse institutos magis in vivorum gratiam, quam mortuorum, ut scilicet filii, & alii rudiores docerentur, qua ratione vivis parentibus obsequendum quos viderint etiam vita functos a gravissimo, & sapientissimo quoque tot officiis honestari. Et quoniam in illis nullam numinis partem agnoscunt, nec ab iis quidquam aut petunt, aut sperant, id videtur ab omni sacrilegi cultus seclerè alienum, & etiam fortasse ab omni superstitionis labe purum. Neque is tamen suæ unius opinioni consitus, facios quoque suam sententiam promere, & varios theologos per Indiam, & Europam consulere jussit, a quibus cum responsa venissent, nihil videri sibi in iis ritibus contineri, quod non salva religione neophytis permitti

A 5

pol-

(58) Apud Trigautium op. cit. pag. 107.

possit, Riccius, quantum humanæ prudentiae fas est, post plures, quam sexaginta consultationes cum variis habitas, ne otium, quod amplissimum Christianæ religioni aperiebatur, dedita opera clausisse videretur, constituit denique, ut ritus, quos in honorandis Confucio, & progenitoribus usurparent, Sinis adhiberi fas esset, iis tamen vetitis, qui aut legibus præscripti non erant, aut manifestas superstitionis nocas referebant, donec iis, ad quos judicium ceterus pertinebat, aliter visum fuerit, ut adeo Riccius, quasi futuri, providus, eandem plane rationem propagandi apud Sinas evangelii jam multo ante videatur inisse, quam serius deinde sacra Congregatio de propaganda fide, Vicariis apostolicis, & Missionariis nullo habito ordinum religiosorum discrimine, in hæc verba præscripsit: (59) *nullum studium ponite, nullaque ratione suadete illis populis, ut ritus suos, consuetudines, & mores mutent, modo ne sint aperi-  
tissime religioni, & bonis moribus contrariae.* Quid enim absurdius, quam Galliam, Hispaniam, aut Italiam, vel aliam Europæ partem in Sinas invehere? non hæc, sed fidem importare, quæ nullatenus gentis ritus, aut consuetudines, quæ modo prava non sunt, aut respicit, aut laedit, imo vero sarta tecta vult. Et quoniam ea est pene hominum natura, ut sua, & maxime ipsas suas nationes ceteris & existimatione, & amore preferant, nulla odii, & alienationis causa potentior existit, quam patriarcharum consuetudinum immutatio, earum maxime, quibus homines ab omni Patruin memoria assuevere.  
 --- --- --- *Admiremini, & laudate ea, quæ laudem merentur, quæ vero laudis expertia sunt, ut non sunt præcognitis assertorū more extollenda, ita prudentiæ vestræ erit, de his aut iudicium non ferre, aut*

---

(59) Instructio ad Vicarios apostolicos missa, apud le Tellier Tom. II. pag. 246.

*aut certe non temere, & ulro damnare: quæ vero  
prava extiterint, nutibus magis & silentio proscin-  
denda, opportunitate nimurum capta, qua dispositis  
animis ad veritatem capessendam sensim sine sensu evel-  
lantur.*

## §. XIX.

Riccius igitur hanc rationem apud Sinas sequi-  
tus, manum operi jam liberius admovit, librumqne  
quem prius eum in finem scripsérat, anno 1603  
vulgavit hoc titulo; *Tien-chu-che-y*, hoc est;  
*cælorum Domini vera ratio*. Ita enim inter socios  
convenerat, ut *Deus* voce *Tien-chu* indicaretur,  
posse tamen exemplo sacræ Scripturæ, si res &  
tempus ferret, etiam voces *Tien cœlum*, aut  
*Xam-ti supremus Imperator*, adhiberi, quæ res  
quot tricis postea occasionem dederit, in loco di-  
cetur. Ceterum Ricci libellus, ut primum vulga-  
tus est, non modo in aula apud primarios, sed  
réliquas quoque Imperii provincias, urbes, & op-  
pida, tantam apud omnes admirationem, æltimatio-  
nem, & reverentiam religioni Christianæ, nomini-  
que Europæo conciliavit, ut nihil frequentius in  
omnium ore, quam lex Christiana, versaretur, quem-  
admodum Coupletus refert. (60) Quod si hujus te-  
timonio, quod a Jesuita profectum sit, fidem ha-  
bere dubitas, lege Dominici Mariæ Sarpetri ex fa-  
milia Dominicanorum veterani in China Missionarii  
testimonium. Eccum ill. d: (61) *Ego infra scriptus*  
*Frater Dominicus Maria Sarpetrus ordinis Prædica-  
torum Lector, cum saepius, atque attente legerim li-  
brum Mathæi Ricci e Societate Jesu, quem is sinice con-  
scripsit, Tien-chu-che y, dictum, hoc est, co-*

o-

---

(60) Proœmio scientiæ sinicæ pag. 109. (61) A-  
pologia pro decreto Alexandri Papæ VII.  
pag. 1. edit. Lovan. 1700. Jam alias isthic de-  
promisi, ubi CCXI. *imposturam Cettianam detexi*,  
pag. 258.

lorum Domini vera ratio, quo quidem libro potissimum de Deo agit, testor, quod dictus Pater materias, quas ibi trahendas suscepit, adeo doceat simul & feliciter exhaust, ut Missionariis, qui post illum deinde in hac Sinensi vinea laborarunt, parum vel etiam nihil relictum fuerit circa dictas materias, quod dictus Pater partim explicite, fuisseque, partim implicite & compendio non sit complexus. Testor item, mihi crebro venisse in mentem, quod dictus liber, opus esset ejusmodi, ut sine revelatione divina, aut speciali Dei auxilio non potuerit ab autore perfici. In quorum fidem hisce manu mea subscripsi. Ex Quang-cheu metropoli provinciae Quan-tung dictae.

9. Maii 1667. Frater Dominicus Maria Sarpetrus, alias a S. Petro, testificor ut supra, & quatenus opus fuerit, juramento confirmo. Nec tamen putare debes, eo libello omnia religionis nostræ mysteria ita perspicue, quemadmodum attributa divina, a Riccio enucleata fuisse, puta Verbum incarnatum, Christum pro genere humano passum, &c. Haec enim teneris animis, veluti crudos cibos languenti stomacho, non censuit ingerenda esse, quæ felicius deinde aliquantum jam confirmatis, velut solidorem escam; proponenda esse putabat. Scio hanc rationem aliquibus, præsertim famigerato illi Hyacintho Serry fuisse improbatam: nec tibi, ut video, arridet. Mentem enim tuam satis isthic videris prodidisse, ubi verbis Mosheimii: Ein armer Kapuziner oder Dominikaner bleibt das, was er in Europa war, ein Bettelmönch und Prediger: confessim subjicis: (62) nempe hi, ut apostoli, ubique eodem habitu, nullis humanis artibus præsidiisque instrueti, Jesum Christum cruci fixum tantum prædicabant. Laudo in his zelum; sed si Ricci tempore, quo Sinis nihil adhuc de religione Christiana constabat, a Jesu cruci fixo missionem tuam

suam auspiciati fuissent, profecto quisque prudenteriam in illis desiderasset. Alter Paulus Apostolus apud Judæos, qui Messiam ex pluribus vaticiniis venturum sciebant, alter apud Athenienses, quibus nihil de eo cognitum erat, fidem promulgavit. Si, cum Theologiam apud hos professus fueris, sanctos Patres legisti, legeris haud dubie etiam apud Ambrosium, insignem locum de modo gentiles ad fidem adducendi, sin contra, libens tibi illum exhibeo. (63) Ideo etiam nos, ait, cum aliqui ex gentibus vocantur ad Ecclesiam, ita præceptorum seriem formare debemus, ut primo unum Deum nuntorem mundi, omniumque esse doceamus, in quo vivimus, & sumus, & movemur, cuius & genus sumus. --- Deinde opinionem illam, quæ est de idolis, destruamus, ut non possint argenti urique, vel ligni materia vim in se habere divinam. Cum unum Deum esse persuaseris, tum indicio ejus adstruas, per Christum nobis salutem dataim, incipiens ab illis, quæ gessit in corpore, & ea divina describens, ut plus, quam homo, fuisse videatur, vietam unius virtute mortem, mortuumque ab inferis suscitatum. Paulatim enim fides crescit, ut cum supra hominem fuisse videatur, Deus credatur; nam nisi probaveris, quod facere illa, sine divina virtute non potuit, quemadmodum potes probare in eo vim fuisse divinam? --- Lege sermonem Apostoli apud Athenienses habitum, qui si a primo destruere voluisset ceremonias idolorum, sermonem ejus aures gentilium respuissent. Ab uno igitur Deo operatore mundi incipit dicens: Deus qui fecit mundum, & cuncta, quæ sunt in eo, negari non poterat, unum esse operatorem mundi, unum Deum, unum creatorem: ad junxit, eo quod cœli & terræ dominus in manu factis non dignetur habitare, deinde, quod intra auri, argenteique cassam materiam nequaquam verisimile sit,

ar-

artificio hominis vim divinitatis includi, erroris re-  
medium docens esse studium paenitendi. Tunc venit  
ad Christum, nec tam Deum maluit, quam hominem  
nuncupare, dicens: in viro, quo definit omnibus fidem  
fuscait eum ab inferis. Qui enim tractat, debet  
audientium considerare personas, ne prius irrideatur,  
quam audiatur. Quomodo enim Athenienses crede-  
rent, quia verbum caro factum est, & de Spiritu  
sancto Virgo concepit, qui irridebant, quia resur-  
rectionem audierant mortuorum? --- non in prin-  
cipiis perfecta queruntur, sed de principiis ad ea,  
quae perfecta sunt, venitur. Ergo tali Athenienses in-  
formavit præcepto, talis nobis apud gentiles ordo  
servandus est. (64) Talis quoque a Riccio modus  
& ordo servatus est. Nec propterea tibi persuade-  
re debes, Jesuitas mysteria hæc, cum tempus op-  
portunum erat, Sinis non prædicasse. Audi Sar-  
petrum; fidem, inquit, facio, quod Patres Societa-  
tis Jesu in hoc regno Sinarum Christum cruci fixum  
non solum verbo, sed etiam multorum librorum vo-  
luminibus, (65) ethnicis anunciant, & de sacrae  
passionis mysteriis suos neophytes diligenter instruunt,  
& novissime persecutor sanctæ legis Fang - quang-  
sien dictus, hoc potissimum contra evangelii præcones

op-

---

(64) Eadem rationem Gregorius M. Abbatii Melito, ut Augustino suppetias ferret, in Angliam profecturo, suasit. Nam duris, ait, mentibus simul omnia abstindere, impossibile esse, non est dubium, quia is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus, elevatur. Hæc igitur dilectionem tuam, hæc inquam, fratri nostro Augustino necesse est dicere, ut ipse in presenti illic postus perpendat, qualiter omnia debeat dispergere. Ven. Beda hist. Eccles. Anglorum Lib. I. cap. 30. (65) De mysterio passionis, & mortis Christi, libris si-  
nice editis tractarunt, Michael Rogerius anno 1584. Riccius in libro Xe - y anno 1603. Didac-  
eus

opponit, quod scilicet hominem cruci fixum pro domino cœli & terræ venerentur, quod quidem ex librorum Patrum Societatis testimonio comprobavit. (66)

Tu tamen non cessas Lectori contrarium ingenerere, præsertim isthic, ubi de professione fidei Ignatii Chiu agis, (67) in qua, ut addis, *vel ipsum Jesu Christi nomen fufra quæsiveris*, talemque affers Trigautium. Sed cur ex eodem Trigautio non addidisti, cathecumenum hunc a laico Fratre Francisco Martinez Jesuita, de Domini tormentis fuisse edoctum? cur item omiseras illa ejusdem in professione fidei edita verba: *ad fidei Christianæ capita quod attinet, tametsi in singulis mysteriis eorum magnitudinem non assequar, tamen ex animo me subjicio, credoque omnibus, quæ in lis continentur.* (68) Si non est singulorum mysteriorum magnitudinem assecutus, consequens est, nec illud de morte Christi esse assecutum itaque id cum minime ignorasse. Hæc si Lectori fideliter exhibuisses, longe aliam de hac fidei professione mentem ei ingelitus eras. Verum has, & similes imposturas, quia in tradendo tibi collegio occupor, interea tibi condono; at illud, quod uno pene halitu isthic de Jesuitarum, Mandarinatu efflas, dissimulare non possum. *Tanta, inquis, fuit illa Mandarinatus retinendi cupidi-*

---

cus Pontoia 1610. Ioan. de Rocha 1617. Longobardus meditationes de passione Domini: ejusdem argumenti opuscula edidisse Gaspar Ferreira Jac. Rho, Alphonfus Vagnoni, Ioan Froes, Rodericus de Figveredo, Emanuel Diaz, item Julianus Aleni, anno 1635. & Adamus Schall, 1642. Vid. Philippicum de cultu Confucii pag. 77. Ex his licet infiditiam P. Jo. Bapt. Morales Dominicanu conjicere, qui, ut alibi dicetur, Romam profectus, Jesuitas detulit, quasi neophytes de industria hoc mysterium celerant. (66) Apologia pro decreto Alexandri VII. pag. 4. (67) Pag. 456. (68) Exped. Christ. apud Sinas pag. 513.

ditas tanti aulae favor, & illius fruendæ desiderium, atque horum amittendorum metus, ut quidvis potius agerent, imo religionis veræ ultro promoven-dæ obicem poni obtenderent, si gravissimis Pontificum decretis obsequerentur: ac rursus Mosheimium, delicias tuas, testem accersis. De observantia Jesuitarum decretis Pontificiis præstita, ubi locus monebit, multa audies tibi non cognita, hic illud, ni fallor, volebas, Missionarios Jesuitas, in primis Pekinenses, metu amittendi Mandarinatus non fuisse ausos, Jesum Christum, eumque cruci affixum prædicare, alioqui non video, cur tam paradoxa, nempe professionem fidei Ignatii Chiu, alias Chiutaiso cum Mandarinatu Jesuitarum conjunxeris. Sed, cuius alias (§. 10) jam memini persecutio ab Jangquangsieno in Jesuitas mota, te aut manifesti erroris, aut inscitiae redarguit. Et quem tu mihi Jesuitam Mandarinum eo, quo Chiutaiso fidem Christianam professus erat, tempore produces? hæres? vide, quam temere, sineque judicio pleraque in chartam soleas conjicere? natus est Chiu, ut in Trigautio legeris, (69) anno 1549. fidem professus est annos natus quinquaginta septem, ut apud eun-Trigautium legere poteras, itaque anno 1607. Age rursus, nomina, si potes, hujus temporis, Jesuitam Mandarinum: Frustra es, nec enim quemquam ante annum 1645. reperies, quo Xun-chi pater Imperatoris Cham-hy, Adamum Schall ea dignitate ornavit. Ab hoc rursum neminem invenies usque ad annum 1664. quo Cham hy Ferdinandum Verbiest Mandarinum renunciavit. Abhinc vivo hoc Imperatore, apud quem Jesuitas gratia in primis valuisse tuus Mosheimius clamitat, nemmo illorum totis, quibus regnabat, sexaginta annis eam prærogativam obtinuit. Quin Patres Pereira, & Gerbillon, quos idem Cham-hy pacificationi

Mo-

Moscoviticæ anno 1689. in *Nimpchou* interesse, & dignitate Mandarinatus ornatos esse voluit, ut confecta feliciter pace Pekinum redierant, eo honore sua sponte, nec invito Imperatore, se abdicarunt. (70) Hoccine est dignitates Mandarinatus aucupari, aut metuere, ne amittantur? in quanto tu errore cum tuo Mosheimio cubas? Recensemus jam reliquos. Imperator *Kong-tching* qui patri suo *Cham-hy* successerat, tertio regiminis sui anno Patrem *Kögler*, tribunalis mathematici Praesidem, inter Mandarinos cooptavit, eique ob laborum copiam, & Legati Lusitani, qui tum aderat, gratia adjunxit Patrem Andream Pereira Lusitanum. Nunc velim, mentem, auresque ut erigas. Imperator *Kien-long* laicum Jesuitam *Castiglione* ob pingendi peritiam, tum Patres Augustinum *Hallerstein* Praesidem tribunalis mathematici, & Antonium *Gogeisl*, ac Felicem de *Rocha*, ejus assessores ad Mandarinatus dignitatem evexit, quodve mireris, laicum *Castiglione* cum Augustino *Hallerstein* tertii ordinis, reliquos duos sexti ordinis Mandarinos esse voluit, quorum priores duo *pavonis*, postremi vero *ciconiae*, non item, ut cum Mosheimio somnias, *dracoris*, insignia deferebant. Habes igitur ab anno 1581. hoc est, ab ingressu Jesuitarum in Chinam, usque ad celeberrimum annum 1773. itaque duorum fere seculorum spacio ex Jesuitis Mandarinos universe octo. Et exegi hujus manipuli causa tantum Mosheimius, & tu cum illo clamorem in Europa excitas? condonanda utrique vestrum est rerum sinicarum ignorantia, tibi in primis, qui, ubi ex P. Schall domi, bellique Mandarinum fabricaveras, in haec verba  
sub-

---

(70) Florianus *Bahr* Collegii Pekinensis Rector in refutatione Mosheimii pag. 64.

subjungis: (71) quid ergo impeditbat, quo minus eiconiam cum Dracore, militari symbolo communiasset in Schallio, alioquin Mandarinis bellicis concedi solito. Multa certe impediabant, illud in primis, quod nemini draconis insignia deferre liceat, nisi Imperatori, tum regulis, & iis, qui regii sanguinis sunt. Militares enim Mandarinii distincta a draconे animalia pro Insigni gerunt. Primi, & secundi ordinis *Leonem*, quos major, minorve in Leone auri copia discernit: tertii ordinis *Tigridem*, quarti *Leopardum*, quinti *Ursum*, sexti & septimi ordinis *Tigridem* minorem, octavi denique ordinis *Hippopotamum*: nec ulli integrum est, hæc signa honoris permutare. (72) Revertamur illo, unde tui, & Mosheimii causa parumper digrediendum erat.

### §. XX.

Jesuitæ igitur, ut cœpi dicere, ea, quam Riccius instituerat, ratione rem Christianam in China pene quinquaginta annis administrabant, cum anno 1620. alii quoque religiosi ex Philippinis insulis ad Sinas delati, in partem laborum venere. Præcipui ex his fuere Joan. Baptista Morales, Dominicanus, & Antonius a S. Maria, Franciscanus. Uterque aliquamdiu in urbe *Nanchang* apud Jesuitas diversati, in provinciam *Fokiensem* discessere. Hic dum linguae Sinicæ se impendunt, & ritus gentis Europæo oculo considerant, miris scrupulis agitari cœpere, quos Morales quinto post anno, sex dubia complexus, P. Furtado Jesuitæ proposuit, (73) qui cum illi non satis fecisse videretur,

omnia

(71) Pag. 143. (72) Florianus Bahr cit. op. pag. 82. (73) Dubia hæc, & eorum solutiones P. Furtado ad suum Generalem perscripsit: eadem D. Maigrot, de quo alias redibit sermo, in sua *expositione* in exitu seculi XVII. Romam misit, sed solutiones Furtadi, quem ille male *Hurtadum* vocat, suppressit. Si tam prolixa non

omnia ad Europæam consuetudinem exigens, palamque Jesuitarum in administranda re Christiana proxim damnans, ob zelum prudentiæ legibus haud satis accommodatum, (74) Proregis jussu in Philipinas haud multo post exactus est. Hic dubia sua latius deducta, quin solutiones Furtadu*li* adjecerit, typis Manilanis vulgavit, ad quæ Furtadus haud diu moratus prolixa commentatione respondit, (75) perspicue ostendens, conatum illius nullo neophytorum fructu, & peregrina scientiæ suæ in Sinicis existimatione cessisse. Sed Morales in responsi loco archiepiscopum Manilanum, & episcopum Zebutensem adire, & Jesuitas superstitionum reos traducere perrexit; qui ejus fide inducti sua interesse arbitrabantur, ut datis ad Urbanum VIII. anno 1636. litteris, rem omnem Romam deferrent, sed postea meliora edocti, sequente anno Jesuitas apud eundem Pontificem aliis litteris a suspicione purgarunt, quod non sincere, ut ajebant, de ea re ad se relatum esset, itaque suarum partium videri, ut Patres Societatis a tam indignis querimoniis vindicarent, & eorumdem innocentiae & veritatis patrocinium viriliter susciperent. (76) Accusationis hujus meminit quidem Frater Hyacinthus Serry, (77) sed palinodiam utriusque fraudulenter reticuit, ex quo, quid ille hominis, & cuius fidei in rebus Sinicis sit, facile conjicies, quod ea de causa moneo, quod mihi saepius deinceps cum illo res futura sit. Ceterum Furtadus non contentus ea commentatione, quam scripto P. Morales opposuit, socios pro ea, qua iis præerat, potestate in urbem *Hang-cheu* pro-

---

non essent, libens ea hoc loco depromerem, ut, quam non bona fide D. Maigrot egerit, omnibus palam sit. (74) Mulieres enim, inter reliqua, promiscue cum viris ad templum admisit, quod apud Sinas piaculum est. (75) Exstat Parisiis an. 1700. apud Nicol. Pepie edita  
hoc

vinciae Che-Kiang metropolim anno 1642. convenire jussit, denuo consultationem de ritibus Sinicis habiturus. Ut res, quas postea narratione complectar, facilius intelligas, necesse est, ut ea, quae in hoc conventu a Jesuitis statuta fuere, ad verbum referam. (78) Quæsum est, ita consultatio inchoat, de iis, quæ ad mortuos spectant, de eo, quod Tiao vulgo dicitur, (79) de solemnibus apud Sinenses verbis ac ritibus, officiosisque salutationibus post amicorum mortem usurpari solitis. Patres censuerunt, nostri omnium munera esse, catechumenis clare, ac dilucide res quasdam exponere, quas abusus, & superstitiones esse, manifeste constat, verbi gratia: 1. idolis offere vota, & preces. 2. ante mortuorum feretrum sortiri. 3. eorum auxilium implorare, vel sibi, vel liberis, ac nepotibus suis, aut eam de mortuis opinionem suscipere, posse eos nobis opitulari. 4. credere mortuorum animas interesse tabellis iis, quibus eorum inscripta sunt nomina, non paradiſo, vel inferis. 5. Cibos iis offerre, quibus ipsorum animæ vesci, aut ciborum, odorumve nidore pasci credantur. 6. monetam ex aurata papyro, atque alia ejusmodi incendere, sic, quasi prodeſſe ea possint iis, qui ex hac vita excessere. Et quoniam his omnibus errores manifesti continentur, quos ex animis hominum evellere, nostri officii est, sedulo curabimus, ut in

hoc titulo: Responſio P. Franciſci Furtado, vice provincialis Soc. Iefu ad XII. Quæſtiones a P. Fratre Joa. Bapt. Morales ord. S. Dominici, Manilani, propositas Patribus Soc. Iefu laborantibus in prædicatione S. Evangelii in Imperio Sinarum. (76) Philippuccius in præludio ad disquisitionem de ritibus Sinensium. pag. 3. (77) Operum Tom. VI. edit. Lugdunen. anno 1770. pag. 344. (78) Apologia pro decreto Alexandri Papæ VII. pag. 76. (79) Voce Tiao Sinæ ceremonias, quas defunctis progenitoribus, & Majoribus exhibere solent, comprehendunt.

intelligent per nos nihil ipsis aliud licere, quam ut salutationes, & cæremonias adhibeant mere politicas, & civiles, quæ ideo sunt institutæ, ut debita parentibus observantia eodem ritu etiam mortuis exhibetur, quo exhiberetur viventibus, ut Sinarum libri testantur: Si-su-ju-vam-su-cien. Quantum ad eas salutationes spectat, quæ testandi doloris causa post amicorum mortem adhibentur, Patres censuerunt, eas posse tolerari, quales nunc usurpantur, suntque haec tenus toleratae. Fuere, qui dicerent, eas tolerari scilicet tam diu debere, quam diu fieri non posset aliter, & si qua esset dubitatio, enitendum esse, ut quoad liceret, Sinenses ad mores Europæorum, atque Instituta traducerentur. Jam ceremoniam illam, quæ Ciao dicitur, estque in eo posita, ut verbis consolatoriis addantur odores, & cerei, & tam mortuus, quam ejusdem propinqui, more pairio, capite scilicet ad terram demissò salutentur, communis Patrum sensus fuit, nihil in ea esse, quod debeat Christianis interdici, pristinamque ejus tolerandæ consuetudinem posse retineri: neque tamen defuere, qui centerent, caute a nobis porissimum usurpandum esse, viderique longe satius, cum præfertim a Christianis fuerimus invitati, eorum domos accedere, atque ibi precibus ad Deum, orationibusque recitationis, de mortui propinquos solari verbis, doloremque testari nostrum; tum, si pauperes atque egeni sunt, aliquid ipsis eleemosynæ loco largiri, vel pastillos, cereosve vulgares, quos ante imaginem aliquam piam incendant, ad exorandam in mortuos clementiam Dei. Utile in primis erit inter eos, qui deinceps ad fidem Christianam accendent, eam induci consuetudinem, quæ jam in multis Ecclesiis obtinet, ut scilicet Christiani doceantur, ubi quis e propinquis, parentibusve deceperit, vel imaginem aliquam piam, vel certe crucem, aut sanctum Domini nostri Jesu Christi nomen imponere illi mensæ super quam odores incenduntur, & ante quam solent

lent Sinæ corpora honoris causa ad terram demittere. De retum præterea est, ut quædam catechismi capita latius exponerentur, denique, ut ad calcem addatur, placuit præterea unam ab omnibus, atque eandem iniri rationem in numerandis septem cætibus mundi, eam scilicet, quæ est Romani martyrologii, iuxta declarationem & aprobationem theologorum Roma orum ad nos missam anno 1640. tum quia talis est usus Ecclesiæ, tum qui calculus ille magis ad Sinicorum annalium calculum accedit: quare libros jam editos emendari quantum opus fuerit, atque ad hoc decretum accommodari, ne se parum intanta re concordes nos esse Sinæ videant, occasionem inde sumant accusandæ fidei Christianæ. (80) Hæc Conventus illius statuta sunt, q orum pars præcipua ad ritus a superstitionibus, quas Bonzii variorum sectarum contra Imperii sanctiones invexerant, perpurgandos spectabant. Quo magis mirum vide i debet, Jesuitarum, ut postea patebit, adversarios, lite Romam delata, id summo studio egisse, ut, quæ Jesuitæ confessim in principio neophytis veterabant, illi ab istis indulta fuisse contenterent, ut, cum illo ventum fuerit, uberior declarabitur. Atque hæc, quæ interea ruminare possis, pro Collegio primo, ut reor, satis sunt.

---

COL.

(80) Actis Conventus huius. superscripsit P. Dominicus Navarette Ordinis Prædicatorum servens alias rituum impugnator his verbis atque hec extant in ipsi textu authenticis, Lusitanica lingua scripto. In cuius rei fidem subscripsi in hac Cartoneri domo, die 1. Octob. 1669. Fr. Dominicus Navarette.



## COLLEGIVM II.

Morales Romam profectus, sacræ Congregationi de propaganda fide ritus sínicos tamquam superstitiones proponit: hæc illos tales esse pronunciat, cuius judicium Innocentius Papa X. ratum habet, donec sibi, & sedi apostolicæ aliter visum non fuerit. Morales in Chinam redux, Congregatio- nis responsa non rite in Sinicum vertit. Jesuitæ, qui auditii non erant, sedem apostolicam ap- pellant, missò Romam Procuratore P. Martino Martinio: hic ab Alexandro VII. Decretum pro ritibus sinicis impetrat. Serryanæ de hoc Decreto cavilli, & hallucinationes.

## §. XXI.

**M**orales, quem nuper ob parum prudentem ze- lum ex China in Philippinas insulas exactum memoravi, inde in Europam solvens, magnis iti- neribus Romam contendit, urbemque, & vici- nas, qua pertransiit, regiones sinistro de Jesuitis rumore impleverat, ritus Sinarum, quos Euro- pæi obscura hactenus fama acceperant, palam verbis insectatus. Mox porrecto libello eos ut ve- ra sacrificia, in veris templis, & altaribus propri- dictis, tam Confucio, quam defunctis progenito- ribus exhiberi solitos, tum reliqua, in quibus ei cum Furtado non convenerat, (§. 20.) Congre- gationi de propaganda exposuit. Illa accusatoris libellum, & capita in eo contenta præcipuis theo- logis expendenda commisit, auditisque eorum ju- diciis, ritus sinenses superstitione inquinatos, ita-

que vetandos anno 1645. censuit, ipseque **Innocentius Papa X.** ad præfatæ Congregationis preces, omnibus, & singulis Missionariis sub pena excommunicationis latæ sententiæ, sibi, & sanctæ sedi reservatæ mandavit, ut responsa, ac decisiones prædictas omnino observarent, easque ad praxim deducerent, donec sibi & Apostolicæ sedi aliter visum non esset. (81) Cujusmodi autem fuerint responsa Congregationis, illic commodiore loco dicetur, ubi de Decreto Alexandri VII. sermo erit. Si postrema Congregationis verba rite perpenderis, nullo negotio intelliges, ritus sinicos ea solum conditione superstitiosos fuisse declaratos, si Morales veritati consentanea retulisset; alioqui sedes Apostolica sibi potestatem aliter de iis judicandi non reservasset. Hoc ut alte menti imprimas, cupio. Morales obtento Decreto in Chinam rediit, P. Navarettam, virum sui ordinis, post doctam Vallisoleti philosophiam secum adducens. Hic ille est, qui serius postea litem de ritibus sinicis, diu soptimam, acerrimo conatu suscitavit. Vix ad suos Morales reversus est, cum responsa Congregationis serius, quam oportebat sinice conversa vulgavit; ex quibus cum Jesuitæ intellexissent, ritus gentis longe aliter, quam re vera essent, (82) Congregationi expositos fuisse ab homine, qui vix quinque annis in China moratus, & uni urbeculæ in provincia Fokiensi fere inclusus, nec satis in classicis Sinensium libris versatus fuisset, ad hæc in Innocentii clausula non obscure locus appellationi daretur, haberentque gentis consuetudines; quadraginta, & amplius, annorum experimento (83) ma-

---

(81) Benedictus XIV. in sua Constitutione: Ex quo singulari. (82) Philippuccius cit. op. assert catalogum 42 falsarum suppositionum, quæ in relatione P. Morales ad sacram Congregationem, cubant, idque, ut ita dicam, ad oculum ostendit. (83) Ex his suere Valignanus an-

magis perspectas, putabant sibi licere, ut sedem apostolicam melius edocendam appellarent, præfertim, quod viderent, P. Morales a suo reditu, Congregationis responsa non rite in Sinicum convertisse, (84) pervertisse ordinem responzionum, & quæ Congregatio de propaganda sub conditione vetabat, illum simpliciter prohibuisse, denique neophytis suis quædam indulisse, quæ manifestam superstitionem continent. (85) His de causis & ipsi Procuratorem suum Romam delegandum censebant: lectus est P. Martinus Martinius, qui anno 1651. navi Hollandica vectus, circumnavigatis Hibernia, & Britannia appulit in Norvegiam, & inde longo per Belgium & Germaniam itinere, tertio poli, quam ex China solverat, anno Romanum tenuit. Sed jam multo ante fama de illius navigatione in urbem allata, Jesuitarum adversarios, quod, cur is veniret, pene providerant, mirare sollicitos habuit, qui omni industria adlaborabant, ut Decretum anni 1645. nova constitutio ne prius confirmaretur, quam ille Romanum attingeret. (86) Id cum illi Antverpiæ moranti significatum fuisset, confessim itineri se accingens, mensa Septembri anno 1655. in urbem pervenit.

B 5

§.

---

nis 35. Cataneus an. 46. Aleni 36. Emanuel Diaz senior 38. junior 49. Ferreira 41. Semedus 49. Schall 44. Buglius 45. Canevari 35. Magellanes 37. Intorcetta 40. partim in aula Pekinensi partim per Imperii provincias sparsi, ut habeat Sotvel in Bibliotheca Scriptor. Soc. Jesu. ad dictos articulos. (84) Exempli causa de administrando mulieribus sacramento extremae unctionis: *Sacerdos*, ait, *mulieribus in mortis arciculo vice alterius sacram oleum conferat*. Vide Philippuccium cit. op. a pag. 40. ad 141. quasi vero alter, quam sacerdos id sacramentum conferre possit. Hæc insignem linguae sinicæ imperitiam in P. Morales indicant. (85) In libro sinico a se edito hæc diserte

## §. XXII.

Hic , ut primum a via respiravit , salutatis Pontifice , & purpuratis Patribus , libellum supplicem sacræ Congregationi obtulit , quo causam adventus sui explicat , præcipua ex eo , quæ huc pertinent , excerptam : (87) *Ut itaque , inquit , sacra Congregatio de propaganda (88) informetur , dico , in illis questis P. Joannis Bapt. Morales non nulla prorsus falsa , tum quoad ipsam facta , tum quoad nostras praxes , fuisse theologis illis a sacra Congregatione deputatis , supposita , quod omnium Patrum Societatis , qui ha*

habet : annuatim statuto tempore , cum recurrit solemnitas Fo , & alia vocata La , die natali parentum , die qua virilis pileus sumitur &c. filii parentibus fausta hilariter annunciant , & profundam exhibent reverentiam . De solemnitate Fo , vocabularium sinicum King-ku dictum ita : *in diebus vocatis Fo , malis spiritus , sive lemures perambulant , ideoque totis illis diebus homines se abscondunt & domestica negotia non tractant . Vide Philippuccium cit. loco . (86)* Patet id ex epistola , quam P. Christophorus Schorer , Assistens Germaniae ad eum Antverpiam Roma die 27. Junii 1655. dederat : *religiosi nobis , inquit , adversi , (hoc est Dominicani ) eo usque rem adduxerunt , ut in prima Congregatione sententiae eorum contra nos datæ essent confirmandæ . Fortuito accidit , ut resciremus , atque inde petitum est , ut cum R. V. e sinica missione propter hec negotia venerit , saltem differatur res , donec R. V. audita fuerit . Vide librum de ritibus sinicis Augustæ editum 1701. pag. 170. (87) Ibid. pag. 171. (88) Merito explodendus est D. Mosheim de Martinio pag. 15. ita scribens : Er wendete sich nicht an die Kongregation , die das vorige Urtheil abgesetzt hatte , weil er leicht vorhersah , daß diese ihren Spruch schwerlich wiederrufen würde . P. Morales quæsita Congregationi de propaganda proposuit , idem Martinius fecit .*

haec enim in Sina fuerunt, testimonio probo, non eo animo, ut P. Joanni Bapt. ac sociis fidem adiuvam, sed ut etiam nobis adhibeatur, & quidem magis, quam illis, quia juxta notam regulam, testes magis formati reliquis sunt preferendi: paulumque infra de P. Morales: proposuit ergo dubia illa pro libitu, resolutiones habuit juxta falso allata & supposita, quibus obtentis tum demum Societatis Patres contrarium sentire ac facere publicavit, nulla antea de modo nostro facta mentione, quia, ne pars audiretur, metuit. Hæc ille: tum obtestatus est, ut novæ quæstiones haberentur, attulisse se volumen, id hodie etiam in tabulario sacrae Congregationis servatur, quo partim ex clavis Sinensium libris, partim eorum, qui ab anno 1581. vineam sinicam coluere, tum aliorum testimoniis jure jurando firmatis se monstraturum fidei et, sacram Congregationem non rite antea edoctam fuisse. Visus est æqua postulare: hinc controversi ob rei gravitatem rursus Congregationi examinanda traditur, quæ, ne temporis dispendium faceret, mandavit Martinio, ut volumen quod satis spissum attulerat, in compendium redigeret, de ceteris, cum usus ferret, coram ut dissenseret, inducum. Fecit ille diligenter, & optima fide, quod jussus erat, laborisque sui opido pertinacis fructum tulit. Nam post quinque mensium acerrimas contentiones, die 23. Martii anno 1636. pro illo, & ritibus sinicis pronuntiatum est, Alexandro Papa VII. Cardinalium judiciis suffragante. Duas partes sententia complectitur: prior capita P. Morales sacrae Congregationi anno 1645. proposita exhibet: altera, quæ Martinus proposuerat. Cum illa ex his facile intelligi possint, suifecerit postrema in medium promere. Verum quoniam loquendo iam lessus sum, ne otiosus isthic assideas, age, lege illa, sed voce per-

perspicua, ut ne quid abs te prætermissum obser-  
ven. --- Ordire. (89)

### §. XXIII.

„ Ceterum cum Missionarii Societatis Jesu in  
 „ prædicto regno ( Sinarum ) tunc temporis  
 „ (90) auditæ non fuerint, anno elapsø 1655. ei-  
 „ dem sacræ Congregationi de propaganda fide  
 „ prædicta quatuor quæsita proposuere, cum facti  
 „ diversitate, quæ unicuique quæsito est apposita:  
 „ re ad eandem sacram Congregationem supremæ  
 „ & universalis Inquisitionis jubente. sanctissimo  
 „ domino nostro remissa, eadem sacra Congrega-  
 „ tio, auditis Qualificatorum votis, in sequentem  
 „ sententiam respedit.

I. „ Quæritur, utrum Missionarii novis Chri-  
 „ stianis, quam primum baptizantur, debeant in-  
 „ timare jus positivum, tamquam obligationem  
 „ sub peccato mortali, quantum ad jejunia, fe-  
 „ sta servare, & confiteri semel in anno ac com-  
 „ municare? dubitandi ratio circa jejunium est,  
 „ quia Sinæ inde ab infantia ter in die comedere  
 „ consueverunt, ad quod levitas cibi cogit: Præ-  
 „ festi vero jejni tribunalia adire deberent, quæ  
 „ frequentant ab octava matutina ad secundam po-  
 „ meridianam, quod illis esset omnino impossibile.  
 „ Circa festa, confessionem, & communionem  
 „ dubitandi ratio est, quia maxima Christianorum  
 „ pars laborare debet, ut victum lucretur, & sæ-  
 „ pe coguntur Christiani ab infidelibus Præfectis,  
 „ festis diebus subire varios labores: ipsi Præfecti  
 „ Christiani tribunalia frequentare debent etiam  
 „ diebus, qui apud nos feiti sunt, sub poena pri-  
 „ vationis officii: Missionarii sunt pauci numero,  
 „ regnum vastissimum, ideo quam plures Chri-  
 „ sti-

---

(89) De ritibus finicis &c. Augustæ edit. 1701. pag.  
 9. & seqq. (90) Neimpe dum P. Morales anno  
 1645. quæsita proposuit,

„ Itiani Missam audire diebus festis , confiteri semel  
„ in anno , & communicare non possunt . „

*Sacra Congregatio , juxta ea , quæ superius  
proposita sunt , censuit jus positivum Ecclesiasti-  
cum , quoad jejunia , observationem festorum , sa-  
cramentalem confessionem , & communionem semel in  
anno , esse a Missionariis , sinensibus Christianis no-  
tificandum , ut obligatorium sub peccato mortali ,  
posse tamen simul explicari causas , propter quas  
excusantur fideles ab observatione præceptorum , &  
si sanctissimo placuerit , posse concedi Missionariis fa-  
cilitatem dispensandi in casibus particularibus tantum ,  
corum arbitrio .*

II. „ Quæritur , utrum omnia sacramentalia  
„ in baptimate seminarum adultarum adhibenda  
„ sint ? quæritur iterum , utrum sufficiat , seminis  
„ potentibus tantum , extremæ unctionis sacra-  
„ tum conserre ? quæritur iterum , num etiam pe-  
„ tentibus negandum , cum incommoda , & pericu-  
„ la Christianitatis totius prudenter futura præ-  
„ videntur ? ratio dubitandi est , incredibilis  
„ apud Sinas seminarum modestia , zelus , & lau-  
„ dabilis ab omni virorum non solum congressu ,  
„ sed & aspectu , fuga , qua in re nisi magna ad-  
„ hibeatur a Missionariis cautela , scandalum in-  
„ gens Sinis datur , totaque Christianitas eviden-  
„ tissimo periculo posset exponi . „

*Sacra Congregatio , juxta ea , quæ superius  
posita sunt , censuit , ex gravi necessitate proportio-  
nata , posse omitti quædam sacramentalia in baptis-  
mate seminarum , ac etiam posse omitti ipsum Sa-  
cramentum extremæ unctionis .*

III. „ Quæritur , num accipendorum gra-  
„ duum ceremoniam , quæ fit in aula Confucii ,  
„ Christiani litterati licite agere valeant ? nam  
„ nullus intervenit sacrificulus , vel ex secta idolola-  
„ trica minittellus , nihil omnino fit ab idololatriis  
„ institutum , sed soli studiosi , & philosophi con-

„ veniunt, Confucium tamquam magistrum suum  
 „ agnoscentes, civilibus ac politicis ritibus, ex  
 „ prima institutione ad merum cultum civilem  
 „ institutis. Omnes enim graduandi simul aulam  
 „ Confucii ingrediuntur, in qua exspectant Can-  
 „ cellarii, Doctores, ac examinatores, ibi simul  
 „ omnes ante nomen philosophi, nihil omnino  
 „ offerendo, illas faciunt ceremonias, & inclina-  
 „ tiones more sinico, quas omnes discipuli faciunt  
 „ suis magistris vivis, atque ita, cognito philo-  
 „ sopho Confucio pro magistro, gradus accipiunt  
 „ a Cancellariis ac discedunt. Præterea aula illa  
 „ Confucii gymnasium est, & non templum pro-  
 „ priè dictum, nam clausa omnibus est, præter-  
 „ quam studiosis.

*Sacra Congregatio*, juxta ea, quæ superius  
 proposita sunt, censuit permittendas sinensibus Chri-  
 stianis prænominatas ceremonias, quia videntur cul-  
 tus esse mere civilis, & politicus.

IV. „ Quæritur, num ceremoniæ, quæ sunt  
 „ ex philosophorum placitis, circa defunctos,  
 „ Christianis permitti possint, prohibendo quid  
 „ quid superstitionis accessit? quæritur iterum,  
 „ num Christiani simul cum infidelibus consangvi-  
 „ neis easdem licitas ceremonias facere possint? quæ-  
 „ ritur iterum, num adesse possint Christiani, præci-  
 „ pue facta fidei protestatione, non cooperando, aut  
 „ auctorisando, sed quia valde notaretur, si con-  
 „ sanguinei tunc abessent, & essent inimicitiae cau-  
 „ sa, ac odii. Sinæ nullam divinitatem animabus  
 „ defunctorum concedunt, nihil ab illis sperant,  
 „ petunt. Triplex est modus, quibus defunctos  
 „ suos honorant. Primus est, cum aliquis mori-  
 „ tur sive Christianus, sive gentilis, pro inviola-  
 „ bili more habetur, in domo defuncti quoddam  
 „ altare præparare, in eodemque imaginem, seu  
 „ tabellam collocare, in qua ejus nomen scriptum  
 „ est, cum ornatum eorum, horum, & candela-  
 „ rum,

„ rum, retroque cadaver feretro inclusum, pos-  
 „ nere. Omnes autem, qui ad condolendum,  
 „ domos illas ingrediuntur, coram præparata ta-  
 „ bula, & defuncti imagine, ter vel quater genu-  
 „ flectunt, candelas apportantes, & odoramenta, ut  
 „ in præparato altari, seu potius tabula, coram  
 „ defuncti imagine consumantur, & comburantur.  
 Secundus modus est, qui fit bis in anno  
 in avorum & progenitorum suorum aulis, ita  
 Sinæ vocant, & non templo, hoc enim *Tsu-tang*  
 sonat, quæ veræ familiarum memoriarum, vel mo-  
 numenta sunt. Has sibi habent Magnates aut  
 ditiores consanguinitates: in eis nullus sepelitur  
 mortuus, sed in montibus. Sola ergo intus est  
 nobilioris proavi imago: deinde supra gradus a-  
 lios aliis altiores, depositæ sunt tabellæ ad pal-  
 mi altitudinem, in quibus omnium in illa fami-  
 lia defunctorum nomina, qualitas, sexus, ac  
 aetas inscripta sunt diesque mortis, etiam insan-  
 tium, & puellarum. In hac ergo aula bis in  
 anno consanguinei omnes conveniunt, ex qui-  
 bus ditiores offerunt carnes, vinum, candelas,  
 odoramenta; pauperiores autem, qui has aulas  
 habere non possunt, defunctorum tabellas domi-  
 servant, vel in loco particulari, vel etiam su-  
 pra altare, ubi sunt Sanctorum imagines, quia  
 ob loci ac domus parvitatem alium locum non  
 habent, quas tamen nec venerantur, quibus  
 nec offerunt quidquam, sed ex defectu alterius  
 loci ibi sunt: ceremoniae enim illæ supra dicitæ  
 a Sinis non fiunt, nisi in aula defunctorum,  
 quam si non habent, etiam ceremonias omit-  
 tunt. Tertius modus est, qui fit ad mortuorum  
 sepulcra, quæ omnia in montibus sunt extra  
 mœnia, juxta regni leges. Ad hæc filii, aut  
 affines accedunt semel saltem in anno circa ini-  
 tium Maji, herbas, ac gramina circa sepultu-  
 ras nata eradicant, purgant, plorant, deinde

eju-

„ ejulant, genuflexiones, ut in primo modo di-  
 „ c̄tum est, faciunt, cibos coctos, vinumque  
 „ disponunt, mox, finitis lacrimis, edunt, ac  
 „ bibunt.,,

*Sacra Congregatio*, juxta ea, quæ superius proposita sunt, censuit, posse tolerari, Sinas conver-  
 sos adhibere dictas ceremonias erga suos defunctos,  
 etiam cum gentilibus, sublatis tamen superstitionis.  
 Posse etiam assistere tantum cum gentilibus, quando agunt superstitione, præsertim facta fidei protestatione, & cessante periculo subversionis, & quando alter odia, & inimicitiae vitari non possint.

„ Feria V. Die 23. Martii 1656. in con-  
 „ gregatione generali sanctæ Romanæ & universa-  
 „ lis Inquisitionis, habita in palatio apostolico  
 „ apud sanctum Petrum, coram sanctissimo D.  
 „ N. Domino Alexandro VII. ac Eminentissimis,  
 „ R.R. D.D. S. R. E. Cardinalibus in tota Re-  
 „ publica Christiana adversus hæreticam pravita-  
 „ tem generalibus Inquisitoribus, a sancta sede  
 „ apostolica specialiter deputatis. Facta relatione  
 „ supra scriptorum Quæstorum una cum respon-  
 „ sis, & resolutionibus sacræ Congregationis,  
 „ sanctissimus D. N. Alexander Papa VII. præ-  
 „ dictus præfata responsa & resolutiones appro-  
 „ bavit.

*Jonnes Lupus S. Romanae & univerſalis  
 Inquisitionis Notarius.*

#### §. XXIV.

Fideliter omnia legisti : itaque respira, &  
 quid Frater Serry obmoveare expositioni P. Martinii soleat, paucis accipe. Jam vero, inquit ille, in toto hujusce novæ controversiæ decursu evi-  
 denter ostensum est, præfatam Martinii expositionem  
 partim esse diminutam partim falsam: (84) Ruisus

Ale-

*Alexander VII. Martinus pro modo suo, & prout voluit, ritus sinenses exposuit, ut approbationem extorqueret: nemo adversatus est, nemo ad detegendam falsitatem animum intendit, nullum in singula capita examen institutum est, nulla inquisitio, processus nullus, an exposita essent vera, nec ne, sed bona fide, quod res ita se haberent, prout ea suavissime representaverat Martinius, respondit Congregatio Cardinalium, respondit summus Pontifex, eos ritus secundum proposita posse tolerari. Nescio, quam graviter haec pro ea, qua floruit, doctrinæ fama, Serry potuerit scribere, qui eadem opera qua Martinium falsi arguit, in Cardinalibus, & summo Pontifice judicium desiderat. Libremus tamen momenta, quibus in eam opinionem inductus sit. Martinus prout voluit, ritus sinenses exposuit, ut approbationem extorqueret: quid, si dum nullam asserti sui rationem reddit, una voce mutata regeram? Morales, prout voluit, ritus sinenses exposuit, ut approbationem extorqueret: quid, quæso, utrinque est discriminis? est vero, nam, cum Martinius ritus sinenses exposuit, nemo, inquit, adversatus est: quis autem adversatus est, cum de iisdem ritibus Morales ad sacram Congregationem retulit? nemo sane, quippe qui primus in hac causa actor fuerit, & sacra Congregatio diserte fateatur, Missionarios Societatis Jesu tuuc temporis non fuisse auditos, qui autem per id tempus alii hac in re adversarii, quam Jesuitæ? Porro cum Martinius ritus sinenses exposuit, nemo ad detegendam falsitatem animum intendit: atqui idem factum, dum Morales eosdem ritus exposuit; & quis tunc Romæ ad detegendam falsitatem animum intenderet, quando nemo isthic rerum, & linguae Sinicæ gnarus erat? Credidit sacra Congregatio P. Morales ritus exponenti, cur non crederet Martinio? si quid erat, cur illi fides haberi potuerit, huic non item, cur id Serry diserte non*

prodidit? certe aliquid momenti, quid utrinque interesseret, depromendum erat, ut Lectori rem verisimilem redderet. Sed nullum, pergit ille porro, *in singula capita examen institutum nulla inquisitio, processus nullus, an exposita essent vera nec ne: quin nihil istorum omnino, dum Morales quæsita Congregationi exposuit, factum legimus, contra autem, cum Martinius causam sinicam agebat, omnia, quæ Morales anno 1645. proposuerat, Judices præ manibus habuere, contulere cum Martinii quæsitis, & quinque mensium spacio quævis capita referentis diligenter, graviterque perpenderant, & pro eo sententiam tulere.* Quo fit, ut Martinii expositionem magis, quam P. Morales, verisimilem fuisse, sacra Congregatio existimasse videatur. De veritate enim, vel falsitate *expositorum* sacra congregatio nunquam pronunciare, voluit, cum illorum veritas, falsitasve apud Sinas fuerit quærenda, juris vero sententia Romæ. Mera igitur inanimenta sunt, quæ Serry contra Martinii expositionem rituum obtrahet, cuius permultum intererat, ad fervandum suum socium, ut sic nobis Martinium expingeret, quasi is prudens, volensque falsa ad sacram Congregationem retulerit, & Cardinales, summumque Pontificem dolo circumductarit, quod judicium an gravi, docto que viro dignum sit, tute existima. Sed hujusmodi aberrationes Serryanas non multo post plures audies.

### §. XXV.

Martinus ex urbe in Chinam anno 1659. reversus, responsa sedis apostolicæ, nullo suppresso, aut diminuto, non solum suis sociis, sed aliorum quoque ordinum Missionariis communicavit. Negat id suo more Serry, cum scribit, (85) *adver- dam, Jesuitam Martinium ab urbe ad Sinas rever- sum, ausum non fuisse denunciare Dominicanis de-*

*cre-*

eretur, quod ab *Alexandro VII.* obtinuerat. Id Jesuitis pluries exprobavit *Navareta* suis in tractatibus, quos scripsit, quando una cum ipsis *Cantone* fuit relegatus. (86) *Imo Martinius ipse*, cum *Dominicani* eum urgerent, ut decretum in forma juridica ostenderet, respondit, nostro præposito Generali non placuit publicatio. *Martinii* dictum de Generali inter fabulas *Serryanas* referendum est, cum is quatuor prius annis, quam *Navareta* cum aliis *Cantonem* relegatus est, (87) in sua Missione obierit. (88) Sed ut *Serryum* falsimoniae convincam, nulla re alia opus est, quam ut *Dominicanorum* testimonia depromam, ex quibus intelliges, decretum *Alexandri VII.* a *Martinio* iisdem communicatum fuisse. Primum sit *Timothei a S. Antonio*, ad *P. Brancati* anno 1660. itaque anno post, quam *Martinius* ad *Sinas* rediit, ita scribentis: (89) *nostri omnes Patres nunc capiunt methodum, qua uisa est hacenus, utiturque etiamnum Societas, ad fidem in China propagandam vere eam esse, qua uertendum est. Quod in principio fuerit diversitas, id profectum non est ex prava ulla intentione, sed ex mala informatione.* Idem ex mandato *Francisci a Paula* Commissarii S. officii, & Provincialis *Dominicanorum*, sensere majorum suffragiorum numero *Dominicani* in congressu, quem anno 1661. in urbe *Lan-ki* celebrarunt quemadmodum *Sarptrus* fidem facit. (90) Idem testatus est *Joannes Gar-*

C 2

Gar-

(86) Id falsum esse, ostendunt tam illius, quam Jesuitarum edita scripta, quæ *Cantone*, ut postea dicetur, sibi vicissim communicarunt. (87) Relegatus cum aliis est anno 1665. (88) *Martinius* vero jam anno 1661. obiit in urbe *Hangcheu* die 6. Junii, ut habet *Soutvel* in Biblioth. Scriptorum Soc. Jesu, pag. 589. (89) *Le Tellier* Tom. I. pag. 127. (90) In epistola ad *Antonium de Govea* anno 1669. 4. Octob. scripta. *Apologia pro Decreto Alexandri VII.* pag. 85.

*Garcias anno 1663. die 7. Augusti ad Couple-  
tum scribens, aitque, hanc suam esse mentem,  
quod ad conversionem Sinarum hanc Jesuitarum pra-  
xim sequi necesse sit, suaque experientia doctum ita  
sentire.* (91) Addat siuum calculum quoque ex eo-  
dem ordine *Gregorius Lopez*, origine Sina, Missio-  
narius quadraginta annorum, & designatus episco-  
pus Basilitanus, cuius, in epistola ad Congrega-  
tionem de propaganda fide anno 1684. III. idus  
Junii scripta hæc notatu digna sunt: (92) Scriptis ---  
*P. Frater Petrus de Alarcon P. Provinciali hujus  
provinciæ --- Fratri Antonio Calderon, objiciens,  
quod Patribus Societatis in Sinis essem affectus, &  
assentirer eorum Patrum aliquibus opinionibus, &  
judiciis circa controversiam cultus, politicæ, religio-  
nis, & idololatriæ, sectarumque litteratorum, aesti-  
mantes inani cenodoxia, dedecus, & detrimentum  
esse meo ordini, (93) me Sinam genere, & conse-  
quenter eruditorem illis, characteribus & idiomate  
& in libris Sinarum classicis expoliorem cunctis  
Europæis, callentem, & enucleantem immensum cha-  
racterum pelagus, & genuinam, & eorum hierogly-  
phicam significationem magis penetrantem, extra  
eorum chorum psallere, & in multis Patrum Socie-  
tatis Jesu opinioni suffragari, cum amicior Platone  
debeat esse veritas, cupientes me septuageuarium,  
veterumque sinicæ Missionis ministrum in simili-  
bus controversiis per annos quadraginta versatum,  
tyronum sequi doctrinas, & quasi vento circummagi,*

⁹

---

(91) Couplet in brevi relatione, sacræ Congregatio-  
ni anno 1688 oblata. (92) Apolog. pro Decre-  
to Alexandri VII. pag. 12. (93) Hinc liquet,  
quosdam ex familia S. Dominici magis de ho-  
nore sui Ordinis, quam de inquirenda veritate,  
in causa sinica, sollicitos fuisse, quasi vero ho-  
nor re ipsa sit, qui veritate non nititur. (94)  
Novitios sui ordinis Missionarios in China intel-

Et non animarum augmentum tantum querere. Forstan illos ad hoc impulerat libellus controversiarum nuper a me expeditus, mei Prælati semel atque iterum præcepto editus, in quo satis dispalescere studui, prædictos Patres Missionarios mei ordinis in multis torquere, Et exterminare sensus characterum sapientiae sinicæ, sensu litterali, Et translatione se ipsos, Et alios inaniter seducentes, Et in abyssum lubricarum ambagum se implicantes Et similiter in multis aliis dissentio opinionibus Patrum Societas Jesu, studens, Et infadans, ut utriusque religionis Patrum opiniones concordarem &c. Habes luculenta testimonia, quibus os Serryo oppiles. Nec te movere debet, si legeris, quam illiberaliter Sarpetrum, &c, quem nunc memoravi, Lopozium sui ordinis viros insectetur. Nam primus (Sarpetrum indicat) homo nullius, ait, in sua religione nominis, anno 1661. 20. Aprilis publico instrumento, quo ritus illi damnabantur, una cum aliis subscriptis, mox paucis post diebus, suavissimis Jesuitarum blanditiis illectus, pro contraria sententia scripsit opusculum, ideoque a sui ordinis Magistro a Missionibus amotus fuit. (95) Nihilo melioribus coloribus Lopozium depinxit. Alter, ita de hoc scribit, episcopus Basiliensis scripsit pariter opusculum in quo, esto totus sit in excusandis ritibus simensibus quoad jus, non excusat, tamen quoad factum, sed convenit in iis omnibus, quæ episcopi

B 3

Et

ligit de quibus ad Generalem suum ita scripsit: verum aliqui religiosi nostri ordinis nuper ex Europa ad hanc Missionem advesti, juvenes scilicet atque imperiti, nullo usu rerum, nulla hujus linguae scientia, qua ne nunc quidem loqui didicere, libros vero classicos legere, atque intelligere multo minus &c. atque hos addit, fuisse ausos adversum se, suumque libellum scribere &c. in epistola ad suum Generalem pag. 6. (95) Cit. op. pag. 343.

*E*t vicarii apostolici Pontificiae sedi exposuerant. Advertendum tamen hic est, episcopum illum origine, *E*t nativitate sinensem, tenuis doctrinæ virum, in ordinem Prædicatorum proiecta jam ætate adscriptum, Jesuitis adversatum fuisse ea in re de qua testimonium ejus magni ponderis erat, nimurum in actuum exercitio, eis vero favisse solum quoad jus, de quo, utpote minus habens, sufficiens judicium ferre non poterat. (96)

### §. XXVI.

Hæc Serry: sed condonandum id Fratri Hyacintho est, qui, cum videret utriusque auctoritatem ineluctabilem esse, nec, quod cum ratione oggereret, in promptu habuisset, ad fidem sociorum suorum elevandam, Sarpetrum nullius in sua religione nominis, & Lopezium tenuis doctrinæ virum, *E*t minus habentem, necessario comminisci debuit. Exploremus tamen cujus momenti hæc Serryana sint. Sarpetrus ipse, se per susceptionem tituli Lectoratus ad lectionem sacræ theologiae approbatum, *E*t in conventu S. Zittæ, civitatis Panormi lectorem actualem philosophicæ, publicis litteris professus est: (97) adde, quod eundem historia Dominicanorum Philippensem virum magno animo, eoque spiritu, qui homines apostolicos efficiat, fuisse teltatur. (98) Si hoc sit, virum in sua religione nullius nominis esse, ad quam spiritus apostolicus in primis, & verbi divini prædictio pertinet, quis satis divinabit, cujus nominis, & quo spiritu Serry imbutus fuerit, qui ad elucubrationes suas opem, & adjutricem manum ab hostibus Ecclesie precario imploravit, & obtinuit? (99) Sed sinamus hæc, & persequamur istius reli-

---

(96) Ibid. pag. ead. (97) Apologia pro decreto Alexandri VII. pag. 3. (98) Parte II. Lib. II. pag. 330. (99) Patet id ex ejus ad Quesnellum cre-

liqua : ait Sarpetrum anno 1661. subscripsisse publico instrumento ; quo Dominicani ritus sinicos in congressu Lankiensi damnarunt, verum Sarpetrus, Dominicanos majori suffragiorum numero, inter quos & ipse fuit, Jesuitarum opinionem, & praxim de ritibus Sinensium eo in congressu ratam habuisse, (100) affirmat. Hinc de fide Serryana conjecturam cape. Pergit ille: Sarpetrum, cum prius sinicos ritus damnasset, *paucis post diebus, suavissimi Jesuitarum blanditiis illectum fuisse*, ut pro iis tuendis opusculum scriberet. Oppido longos dies fuisse oportuit, quod eum ritus anno 1661. damnasse referat, & opusculum illud anno primum 1670. pridie Calendas Octobres ab eodem finitum esse constet. (101) Pondera hinc fidem Serryanam. Nec *blanditiis Jesitarum* hic locus esse potest, cum Sarpetrus Jesitarum praxim sibi contraria probabiliorum videri, nec ab ullo se, ut ita

C 4

sen-

crebro datis epistolis. Unam solum, quam anno 1699. 22. Novemb. scripserat, excerpere sufficiat. *Eccam*, ait, *Domine mi, responsionem ad errata. Obsecro, ut eam legas ea cura & diligentia, qua responsionem ad questioes legere dignatus es. Corrigas, velim, quid quid* five ad filium, five substantiam d'gnim correcione judicaveris. *Aliquid etiam, ut res exiget, de tuo adjunge, quo infirmiora robores, atque confirmes &c.* Hæc Doctor Sorbonicus. Vide Eleutherii hist. controversiarum de auxiliis gratiæ &c. Præfat. art. 6. (100) epistola ad Antonium de Govea 4. Octob. 1669. scripta, fatetur, Jesitarum praxim consentaneam esse, iis, que ex majori suffragiorum numero statuta sunt in congressu habito in urbe Lan-Ki inter omnes, quot quot eramus in Sinis ex ordine S. Dominici Missionarios. (101) Hæc enim ad calcem opusculi sunt: Aëtum in hac domo Cantonensi pridie Cal. Octob. 1670. Vide Apolog. pro decreto Alexandri VII. pag. 68.

fentiret, permotum fuisse testetur. (102) --- Hic tibi mi Cetto, spacium relinquio intimos animi tui recessus excutiendi, ut videas, an non te in Serryo, tamquam in speculo, intuearis? quemadmodum enim ille nihil penitus habuit famam viri ex sua familia deprimere, ut Jesuitis ægre faceret, ita tu nihil religioni tibi ducis, quidquid Jesuitas diffamare potest, studiose & nullo adhibitio critico colligere. --- Nondum cessat Frater Hyacinthus: contendit, Sarpetrum fuisse superiorum ius-  
su ex *Missione sinica amotum*: & tamen scriptores Do-  
minicani testantur, (103) illum, postquam Missionaris  
ex custodia Cantonensi, de qua haud multo post ser-  
mo erit, venia facta esset, ad suos neophytes re-  
deundi, ad suos regressum, anno 1680. adhuc  
superstitem, & paulo ante annum 1690. in sua  
**Missione** defunctum esse. Merito hic aut bonam  
fidem in Serryo, aut notitiam domesticæ historiæ,  
in tuo autem D. de la Croze, præter hæc, etiani  
urbanitatem desideres, qui, tamquam rem fustua-  
rium ageret, de Sarpetro, te ipso teste, in hæc  
verba scribit. (104) *Sarpetri ille Dominicanus*, qui  
se Navarettæ opposuit, nebulo erat, sinensium lit-  
terarum ignarus, ob mores parum castigatos a  
superioribus suis e *Missione sinensi* postea ejectus,  
ut testantur & *apologia Dominicanorum contra Loyolitas*, & moralis, ut vocant, practica, in  
qua bæ *controversiae omnes accuratissime discutiuntur*. Miror, te ex hac cloaca hausisse! Sarpetrum  
paulo ante testimonii Dominicanorum, & qui istis  
melius hominem nosse poterant? perspicue ostendit,  
virum fuisse magni, & apostolici animi, nec  
unquam fuisse e China a suis superioribus exactum,  
linguae autem sinicæ fuisse ignarum, tam falsum  
est,

(102) Ibid. pag. 3. (103) Echardus Biblioth. scri-  
ptorum ordinis Prædicatorum Tom. II. pag. 677.

(104) Cetto op. sui pag. 459.

est, quam verum, D. de la Croze apostatam fuisse: (105) tu tamen præ iitis homini fœdifrago tantum deferre etiam gloriaris? id ego, inquam, miror, sed illud multo maxime, quod Crozeanis verbis confessim de tuo subjicis: *ad hæc & nos Prayum relegamus, nisi enim illos fontes exhauserit, frustra porro quidquam tentabit, quamquam ut solet, tamquam nodum gordium, ita insigni calunnia, secabit.* Fontes hos, si modo tibi consentiens videri velis, sine dubio *apologiam Dominicanorum contra Loyolitas, & moralem praedicam* intelligis. At ego te securum reddo, me ad scindendum hunc nodum gordium nec gladio usurum, cum ejusmodi aranearum telæ lenissimo halitu difflari possint, nec quos mihi commendas, fontes hausturum, imo ne aditum quidem. Si enim apologia Dominicanorum ea de Sarpetro continent, quæ tuus de la Croze scribit, certus ex Domi-

C 5

ni-

---

(105) Is ordinem S. Benedicti anno 1678. professus, hunc postea anno 1696. deseruit, & fidem Catholicam Basileæ abjuravit, tum Berolinum profectus uxorem duxit. *L'Advocat* artic. *Groze*. Apologia, ad quam se de la Croze refert, edita est hoc titulo: *Apologia de' Padri Domenicani Missionarii della China, o pure risposta al libro del Padre le Tellier Giesuita Sc. per un religioso Dottore e Professore di Teologia dell' ordine di S. Domenico.* In Colonia appresso gli Heredi di Cornellio d' Egmond 1699. Charta tamen & typus Italianam produnt. Sed tot falsa nuspian facile reperias. Unius solum, quod pag. 423. exstat, meminero. Id sic habet, *Il Padre Gabiani Giesuita ha confessò al Sig. Maigrot --- ---, che i Missionarii della Compagnia havevano suggerito al P. Sarpetri li passi dei libri Chinesi, che cita nei suoi scritti.* Idque ad elevandam autoritatem Sarpetri, qui solidum pro ritibus sinicis tractatum conscripsérat. Verum apologista illius, quid serus vesper fe-

nicanorum, quæ adduxi, testimoniiis esse potes, autorem illius egregie mentitum fuisse, ex hujusmodi autem lacunis ego ne libare quidem soleo, tibi, quantum voles, &, ut hactenus fecisti, confertam mensuram sume: in *Pratica* autem *moralis*, si libet, etiam balneare potes. Vereor autem, ut calorem perferre possis. Nam liber hic, ubi ab archiepiscopo Parisino tamquam injuriarum, imposturarum, & calumniarum plenus, continens propositiones falsas, scandalosas, & hæreticas, declaratus esset, jussu Parlamenti Parisini manu Carnificis laceratus, & in publico foro exultus est, mox Romæ die 27. Maji anno 1687. condemnatus, & sub pena excommunicationis vetitus fuit. (106) Pulchros, hercle! tu mihi fontes commendas, quales fere omnes sunt, quos, dum tibi res cum Jesuitis est, ad fundum usque exforbere soles. In hoc uno Serryum superas. Is, ut filum narrationis prætextam, nihilo mitior est in *Lopezium*, quam in Sarpetrum fuerit, quem *virum tenuis doctrinæ, & minus. habentem* supra nobis exhibuit. Verum Navareta, ex quo Serry multa solitus fuit sublegere, cum de Lopezio in episcopum diligendo Romæ agebatur, eum *sacris studiis* pro-

ferat, plane immemor fuit. Nam *Gabiani*, ut ipse pag. 442. testatur, in *Yam-cheu*, & *Chi-Kiang* Nan-Kinensis, & D. *Maigrot* in *Fo-cheu* Fokiensis provinciæ urbibus degebant, inter quas duæ aliæ *Tse-Kiang* & *Kiang-si* interjacent proin supra 200. leucarum spacio ab se diremti. Adeo, quod *Gabiani* nunquam in provincia Fokiensi fuerit, & D. *Maigrot* ex ea pedem non ante fixerit, quam a *Turnonio* Pekinum anno 1706. evocatus fuisse, ante quem annum *Gabiani* jam dudum obierat. Itaque neuter alteri unquam visus, auditusve fuit. Testes autem mortui quo loco habendi sint, quisque novit. (106) Bibliothèque Janseniste. 1735. pag. 449.

probe excultum in Collegio, & Conventu Manilenſi,  
 & ad negotia tractanda exquisitissima prudentia  
 præditum esse affirmavit, (107) ipſeque Pontifex  
 illius zelum, doctrinam, prudentiam, dexteritatem,  
 integritatem, & charitatem in Bulla anni 1673.  
 mirum in modum commendat. (108) Utri majo-  
 rem fidem, Serryone? an Pontifici habendam cen-  
 ſes? illud autem, quod idem addit, Lopezum  
 fuſſe adverſatum Jesuitis in exercitio rituum, jure  
 inter mendacia, quæ Jesuitis larga manu admetri  
 ſolet, referre potes, quod ipſe Lopezius in mul-  
 tis Jesuitarum opinioni circa ritus affentiri, & ſe  
 extra Dominicanorum, qui Jesuitis adverſabantur,  
 chorum psallere (§. 25.) diſertis verbis protelte-  
 tur, qua de cauſa etiam quam indignis modis,  
 jam episcopus renunciatus, a suis fuerit habitus,  
 malo, ut ex ipſo potius, quam ex me, intelligas.  
 Quapropter, ita ſcribit ad Congregationem de pro-  
 paganda, cum impossibile tunc mihi aditus in Sia-  
 num pateret, ubi circa meam confeſerationem agi  
 debebat, nactus occaſionem Manilam accedendi una  
 cum Patre Fratre Petro de Alarcon, qui relictis  
 ſibi compiſſis religioſis, quibus praerat apud Sinas,  
 ſe mihi ſocium obtulit in loco P. Fratris Francisci  
 Lopez ſocii mei nuper defuncti, ſimulans meum ob-  
 ſequium Manilæ peracturum, in navem ascendi il-  
 luc appulſuram. Tandem jam fruitus Manilano  
 litore, ab omnibus tam ecclesiasticis, quam ſecula-  
 ribus unanimi applauſu fuſceptus fui, & honoratus,  
 & magnis favoribus prosequutus, & meam destina-  
 vi mansiōnem in quodam conveſtū mei Ordinis ex-  
 tra muros Manilæ in pago mercatorum Sinarum,  
 quod ab Hispanis Parjan nuncupatur. Ex tunc  
 autem praefatus P. Frater de Alarcon, qui ut me  
 per-

---

(107) Tom. I. de rebus ſinicis pag. 409. & in re-  
 latione ad Congregationem de propaganda Ro-  
 mæ 1675. edita, pag. 693. (108) Ibid.

perderet, e Sinis comitatus fuerat, extendere contra me cœpit funiculum insularum suarum, superseminans zizania, ut filios matris meæ, provinciæ S. Rosarii, meos adversarios constitueret, & cunctis viribus moliebatur, ut Manilæ detinereret, & ut consecratio mea, & meus præcipue in Sinas reditus in perpetuum impediretur. Tum captivitatem suam describens addit, qua ratione ex ea evaserit: quoniam obrem præcepto Domini nostri Salvatoris inhærens, delitescere constitui, & nactus occasionem, evanui ab oculis eorum, & sub præsidium & tutelam Doctoris D. Calderon & Serrano co fugi, — a quo benigne suscepimus, & consolatus, reque mea in audience cum sociis coadjutoribus, peracta, in hunc alnum conventum S. Pauli Manilensis ordinis Patrum Fratrum S. Augustini depositus & affervandus traditus fui. (109) Ad Pontificem vero Innocentium XI. de suo Provinciali ita questus est: (110) Frater Antonius Calderon, hujus meæ provinciæ S. Rosarii Provincialis, acri contra me percitus est oestro, eo, quod existimet, me dissentire aliquibus Patrum ordinis mei opinionibus circa controversias, quæ in Sinis discutiuntur, & in curia hac disputantur, neque suffragari aliis opinionibus Missionariorum Societatis Jesu. --- Hanc ob rem præfatus Provincialis verbis me indecoris afficit, & meum in Sinas reditum huc usque frustratus est, me quasi vinculum detinens in quodam ordinis mei conventu, a quo clam evadens in hunc configi ordinis Eremitarum S. Augustini. Mihi insuper fuit comminatus, -- si alieno fretus auxilio in Sinas conarer reverti exuendum me prius fore ab illo habitu meæ religionis, & simul a se revocando omnes religiosos Missionarios mei ordinis in Sinis degentes: (111) idque hac solum de causa, quod ejusdem pene cum Jesuitis de Sinensium ritibus sententiæ esset.

(109) Apologia pro decreto Alexandri VII. pag. 11.  
& 16. (110) Ibid. pag. 7. (111) Ibid.

esset. Dici non potest, quantum animo perculsus fuerim, cum hæc primum legerem, cœpique subdubitare, an initium motæ hujus controversiæ, (§. 20.) ex vero propagandæ religionis zelo profectum sit, & utrum progressus suscitatæ litis huic initio innixus genuinum sinceræ religionis studium esse potuerit, alioqui pars adversa tam apertis odiis nec suos, nec Jesuitas unquam persequutura erat. Profecto memorabile dictum episcopi Pekinensis, vereor, ne forte in oppugnandis his societatis opinionibus, multum carnis, & sanguinis interfit; quod episcopus Ascalonensis ad sacram Congregationem de propaganda fide perscripsit, (112) evenitu ipso sæpe confirmatum est. Sed hæc hactenus. Nunc ipsa temporis ratio me admonet, ut de persecutione, quæ haud multo post Martinii ex urbe reditum adversus religionem Christianam apud Sinas commota est, quæve dissentientes partes conciliaverat, ea, quæ instituti ratio poscit, commorem. Sed cum res dicendæ veniant miris vicisstudinibus agitatae, & longiusculum tempus postulant, Collegium quatriduo post indictum esto.

---

COL-

---

(112) La verità e l'innocenza de' Missionarii della Compagnia di Giesù nella Cina &c. pag. 172.



## COLLEGIVM III.

---

*Persecutio in religionem Christianam orta autore Fangquangsieno: Jesuitæ Pekinenses catenis vinci- ciuntur, ceteris Missionariis ex toto Imperio Pe- kinum deportatis. Accusationis capita: hæc Je- suitæ diluunt, absolvuntur, pauci tamen ad aulæ obsequia manere permitti, reliqui Cantonem in exi- lium relegati: hic de concordia sententiarum inter se agunt: Dominicani, duce Navareta, opinionē Jesuitarum de ritibus subscribunt. Clemens Papa IX. pro diversitate expositionis factorum, decreta Innocentii X. & Alexandri VII. rata habet: nu- gax Fratris Hyacinthi de his judicium.*

### §. XXVII.

**C**um ex diversa rituum praxi, quam Jesuitæ, & Dominicani sequebantur, ingens animorum perturbatio inter fideles oriretur, eaque non potuerit non in oculos gentilium incurrere, hi, cum jam pridem in autores religionis accusationem molirentur, hac occasione usi, illos una cum religione ex Imperio penitus eliminare statuerunt. Favebat tenera *Cham-hi* ætas, quem pater quatuor tutoribus credidit, quos *Fang-quang-sien* acerrimus religionis hostis concitare nunquam desit, in Missionarios Jesuitas, præsertim Patrem *Adamum Schall*, quem sibi in Praefectura astronomiæ prælatum esse, concequere nequibat, prolixa accusatione inventus. Accusationis, quam is die 27. Dec. anno 1664. Judicibus obtulit, duodecim capita fuere, quæ longum esset hoc loco referre, satis sit indicasse, decem

tem ex his ad religionem Christianam pertinuisse, illudque in primis, quod Adamus Schall Jesum in Iudeæ regno crucifixum, verum esse Deum (§. 10.) disseminaverit: reliqua duo non item; quorum unum ad astronomiam Europæam, Sinicæ prælatam, alterum ad Macaensem portum spectabat, per quem Missionariis aditus in Chinam patet. (113) Meminit hujus accusationis etiam is, qui (114) Historiam Ecclesiasticam Fleuryanam continuat, sed quatuor solum capita recenset. Duo exscribam: primum ita habet: (115) quod P. Adamus Schall Jesuita per fraudes a Xun-chio Imperatore in Præsidem tribunalis mathematici, artiumque nominatus, ac tertii ordinis Mandarinus selectus fuerit. Tertium ad omnes Jesuitas extendit: quod Europæarum mercium illecebris novam ac peregrinam legem per universum Imperium implantare attentarint. Atqui tota, quamquam prolixa Jangquangsiensi accusatio, ne nomen quidem Mandarini continet, taceo, ut Schallium per fraudes ad eam dignitatem irreplisse memoret. Do verba sententiae a Judicibus prolatæ: (116) Jam vera propter hæc, aliaque crimina hucusque prænotata, nos designatorum huic causæ judicandæ duorum tribunalium Præfeci, Imperatoris clientes, censemus Joannem Adamum Schall exauditorandum esse omnium dignitatum gradibus, Imperatoria benignitate illi collatis, & tradendum suppliciorum tribunali, ut conformis ejus criminibus pena statuatur. Imperatoria, ut vides, benignitate dignitas Mandarini Schallio col-

(113) Dominicus Gabiani, qui rebus gestis interfuit, harumque historiam conscripsit, præfixo titulo: *Incrementsa sinice Ecclesiae &c.* Parte II. cap. XI. Eadem accusationis capita referuntur. Hist. générale de la Chine Tom. XI. pag. 57. (114) Est is Alexander a S. Joanne de Cruce, Carmelita excalceatus. (115) Tom. LXIII. pag. 195. (116) Gabiani, libro citato pag. 212.

collata fuit, alioquin, si quæ illius fraus intercessisset, minime dubium est, quin accusator mentionem illius facturus fuerit, quemadmodum octavo accusationis capite fecerat his verbis: *quibus speciosis mendaciis, & dolosis artibus cum credulam multitudinem decipiatur, pelliciatque ad suæ religionis sacra suscipienda, eum ex hoc potissimum capite criminosum esse aperte constat.* (117) Nec mercium Europæarum uspiam sit mentio, nisi scriptorem hunc, si superis placet, Ecclesiasticum in errorem induxisset decimum accusationis caput, quod hujus tenoris est: (118) *Tam Joannes Adamus, quam reliqui omnes ab Europa huc venientes Christianæ religionis ministri, Macauum primum appellunt, ibique primo hospitantur, unde Ferdinandum Verbiest ad mathematicas curas regio nomine advocatum fuisse, ipse Adamus est fassus.* Constat igitur, Adamum cum Macaensibus commercium habere, quod periculosa suspicione plenum est. Verum hæc ad litterarium commercium, non item mercimonia pertinere, vel lippus videre poterat. Quare hac quidem parte iudicium in hoc scriptore requiro, qui cum hæc ex theatro Jesuitico, libro famoso, & calumniis, injuriarumque pleno, se promisso fateatur, (119) semel, iterumque in leges criticæ graviter peccavit. Primum, quod Historiam ecclesiasticam scribens tam fœculento fonte sit usus: dein quod ejus libri autorem sibi persuadet fuisse Ildephonsum a S. Thoma, episcopum Malaccensem, cuius querimonias Catholicas si legisset, (120) facile intellecturus erat,

---

(117) Ibid. pag. 211. (118) Ibid. eadem pag. (119) In margine enim hanc rubricam præfigit: *Teatr. Jes. Ild. Epist. pag. 62. Garz relat. pag. 79. 88. 89.* Hujus quoque relatio aut penitus supposta, aut magnam partem depravata est, qui tempora destructa sub *Yong-tchingo*, erronee ad tempora Imperatoris *Cham-hy* transfert. (120) *Querimonie Christianæ Panormi* 1687. pag. 14.

erat, optimo Antistiti hanc calumniam a Juriuo, & Arnaldo impactam fuisse. Hæc in modum diverticuli. Schallio tribunali suppliciorum tradito, additi sunt socii Gabriel *Maghalanes*, Ludovicus *Buglius*, & Ferdinandus *Verbiest* Jesuitæ, ceteri per provincias sparsi Missionarii, cujuscunque ordinis essent, a provinciarum Prætoribus comprehendi, & Pekinum deduci, eorum templo solo æquari, sanctorum imagines, & exuviae cremari jubebantur. (121) Hæc Judicum erat sententia: quam Tutores anno 1665. pridie Nonas Januarii, in quibusdam pupilli Imperatoris nomine leniendam censuere. Cum omnia, inquietabant, de quibus *Jang-quang-sien* expostulavit Joannem Adamum, circa ejus iectæ pravitatem, ac reliqua accusationis capita, vera, & certa esse comperiantur, ipsi *Jang-quang-sien* pœnam criminis, cuius reus dicitur, (122) benigne condonamus, eumque a criminum Tribunalis judicio eximimus. Europæis etiam hominibus in provinciis degentibus captivitatem a vobis constitutam liberaliter remittimus, sed illos honesta tantum ratione in hanc aulam manuduci jubemus. Huc ubi pervenerint, iterum nostrum super illis mandatum exquiri volumus. Quod vero ad diruendas ædes, & concremandas imagines pertinet, id ante ultimam hujus causæ conclusionem ne fiat, & nostra iterum ea super re voluntas exquiratur. Reliqua omnia juxta vestram consultationem, & sententiam fiant. (123) Hinc rursus, quem supra memoravi, scriptorem ecclesiasticum, socordiæ, aut

(121) Gabiani loc. cit. pag. 213. (122) De hoc Judices ita pronunciarunt: quin etiam eidem tribunali tradendum judicamus *Jangquang-sien* propter ejus in loquendo arrogantium, & animi pervicaciam. (123) Gabiani loc. cit pag. 217.

aut ignorantiae possis arguere, qui Jesuitas Mandarinos primi ordinis creat, ab his reliquos Missionarios, fune ad collum, & vinculis gravatos per sinenses Judices ex imperio pulsos, virgis cæsos, affectos injuriis, & aliquot tempora Dominicanorum, ac Franciscanorum diruta esse, uno halitu declarat. (124) Ut nihil de obsequendi promptitudine, quam Sinae mandatis, Imperatoris nomine vulgaris, præstare solent, memorem, quis, si vel micam salis habeat, tam obesæ naris est, ut hæc, quæ scriptor hic ad annum 1665. congerit, a Jesuitis, qui ipsi per id tempus catenis vinciti in carcere Tribunalis suppliciorum tenebantur, præstari potuisse sibi persuadeat? Ita desertis semel sinceris fontibus necesse fere est, ut error errorem trahat. Forte hinc quoque factum, ut idem scriptor præcipuum accusationis caput, quod in Jesu cruci fixo per Schallium, ejusque socios vulgato situm erat, prudens omitteret, eique substitueret mercimonia, ne Jesuitæ ob religionis Christianæ, sed quamcunque aliam potius causam, catenis vinciti, per tribunalia raptati fuisse, videri possent. --- Intererea, dum reliqui Missionarii ex Tutorum præscripto Pekinum appropinquabant, Schallius semel, iterumque, ac tertium tractus per tribunalia, & quæstionibus exagitatus, causam religionis, & Europææ astronomiæ magna animi constantia tuebatur, postea autem, quam & ob senium, & paralysim, linguæ, & manus officio destitutus esset, Verbiestus ea eloquentia patrocinium causæ pene jam desperatæ suscepérat, ut judices, qui Schallium forcipibus prius excarnificandum (125) capit, ceteros

(124) Tom. LXXXIII. pag 196. utiturque testimonio Joan. Garzia & episcopi Malaccensis. (125)

Id refert P. Victorius Riccius origine Sina, ordinis S. Dominici, qui tempore persecutionis apud suos Christianos delituit, in epistola ad

ros ad verbera damnarant, argumentorum pondere vieti, liberum pronunciarint, reliquos universi decreverint, Macaum relegandos esse. (125) Mitigata tamen postea a Tutoribus sententia fuit, & paucis Pekini servatis, alii Cantonem in exilium ire jussi sunt. Hic sententiæ tenor erat. (126) *Juxta vestram consultationem virginis quinque, quos enumerasti, Europæi homines ad Quam-tung provinciæ Prætorem mittantur: at Joannes Adamus, Ludovicus Buglius, Gabriel Maghalanes, & Ferdinandus Verbiest relinquantur in hac aula, ita tamen, ut ex vestra curia semper sit aliquis, qui quo-cunque tempore illos exploret, ne temerario ausu pravam sectam rursus disseminent.* Dimissis postremæ sententiæ pars, qua religio Christiana inter pravas sectas adnumerata est, minus toleranda, quam ipsi, quibus macerati fuere, carceres, videbatur. Igitur communi nomine, rituum Magistratibus libellum supplicem, per illos regi porrigidum, in hæc verba porrexere. *Quandoquidem calumniatorum invidia, ac maligna vi oppressi, regio nomine e sacris ædibus, & nostris sedibus jubemur exulare, parere quidem nos regio decreto; verum iniustam sanctissimæ religioni gravissimam notam nullo modo ferre posse, summoque jure a regia æquitate petere, ut, quoniam ad eam horam nullus nobis cum adversario apertus congressus, nullaque pro veritate, ac religione, legitima disceptatio-*

D 2

in

P. de los Angelos vicarium provincialm scripta die 15. Maij 1666. his verbis: itaq; e 15. April. 1665. mortis sententiam in P. Adamum protulerunt, ut forcipibus excarnificaretur, ei- que caput amputaretur. Vide Journal D. de Murr Tom. VIII. pag. 252. (126) Gabiani cit. loco pag. 449. (126) Idem ibid. pag. 500. ad mitigandam a Tutoribus sententiam multum contulisse refert nominatus Riccius, frequentes ter-

in curiali palæstra, permissa fuerat, nunc sahem, antequam inauditi exilio multemur, sanctissimæ disciplinæ leges, & instituta æquo marte disceptare licet. Tam certo enim nobis religionis nostræ sanctitatem, & absolutam in divina lege totius probitatis normam nullis regnorum incommodis obnoxiam, sed communī reipublicæ bono peraccommodatam constare, ut ad eandem non solum rationibus & doctrina, sed sanguinis, & vitæ profusione contestandam paratissimi simus. (127) Verum Judices, qui, ut causam denuo suscitarent, a Jangquangsieno, ejusque contribulibus ære corrupti erant, libellum accipere renuebant. (128) Itaque cedendum tempori & iter versus Cantonem, exilii locum, capessendum fuit.

### §. XXVIII.

Prius tamen, quam Pekino discesserant, rem notatu dignissimam evenisse reperio. Navareta Dominicanus, qui, ut alii quoque, libertatem Jesuitis debebat, plenam laudum de illis epistolam ad eorum Generalem perscripsit. Libet aliquot ex ea pericopes dñe. (129) *De communi sanctæ Matris Ecclesiæ fæcunditatis gloria maxime congratulandum tibi, & pro filiorum tuorum erga me, & ordinis mei alumnos exhibitis beneficiis, gratias age-*

terræ motus, variaque in cœlo visa phænomena. Interpretabantur, scribit, ipsi infideles prædictam Stellam (erat Cometa) hoc modo sôlem esse Dei legem, stellam vero Sinarum festas, quæ Evangelium persequuntur: in memorata epistola. (127) Gabiani cit. loco pag. 501. (128) Victorius Riccius in memorata epistola. Nihilominus tamen conjurati, Patrum causam sunt prosequunti deinceps, a scelerato Jangquangsien argento solicitati: ut vero prævalerent, 70000. Pataconum pro repetenda lite expenderunt, Patribus nec oboolum solventibus. (129) Apologia pro decreto Alexandri VII. pag. 69.

agere operæ breviū duxi reverendissime Pater! si quidem in filiorum virtute, & sapientia haud parvam patris glorian fulgere, & pia charitatis officia eorum in nos ex uno paternitatis tue erga Deum, & proximum amore, tamquam e copioso fonte emanare, nulli dubium est. Gratulorque reverendissime Pater, quod venerabiles filii tui in hoc amplissimo Sinarum regno vere sunt tamquam lignum plantatum secus decursus aquarum, lignum sane viride frondentibus vestitum fosiis, sub cuius umbra pro Deo lucratæ innumerabiles ethnicorum animæ requiescent, lignum etiam ornatum floribus boni odoris famæ, & conversationis, ac plenum fructibus laborum, vigiliarum, affiducæ orationis, mortificationis, & prædicationis, & quilibet eorum nominari potest arbor alta nimis, cuius rami alti per contemplationem pertingunt cœlos, extensi munc per vivæ vocis animatam, munc per ingenti librorum numero typis traditam divinæ legis prædicationem, totum hunc siniicum orbem --- replent, occupant. Et paullum post filii tui clari ratione doctrinæ, mundi ratione virtutæ, pleni superabundanter sapientia & claritate, quid quid faciunt, sapienter faciunt, prudenter disponunt, ac melle conficiunt charitatis: filii tui vere rigarunt aridum hujus magnæ regionis desertum, semenque verbi Dei ab eis satum dedit fructum supermillesimum, non utique pinguidine terræ, sed solum cura seminantis, & rigantis, ac Domini incrementum dantis. Terra hæc sterilis & inaquosa, terra petrosa & saluginis, solum ex se proferens infidelitas tribulos, & inscitiae spinas, ut, ubi filiorum tuorum superinundans advenit sapientie flumen, quod fructus germinavit, numerare quis poterit? stellas cœli, arenasque maris si quis numeraverit, is animarum per filios tuos Ecclesiæ genitarum utique numerum prescribet, non aliis. Denique ad calcem. Gaudet igitur reverendissime Pater, gaudeat, & ter quaterque beata Societas tua, & de alumnorum tuorum contumeliis, ut de perceptis triumphis glorietur,

gratias agens Deo, qui tales tibi filios dedit, qui  
que dignatus est ipsos pro dulcissimo filii sui nomine  
propagando, rapinam honorum suorum, carceres,  
ac contumelias ad mortis usque sententiam cum gau-  
dio sustinere. --- Me gratitudinis stimulus de ipsorum  
erga nos studio, aliqua significare compellit, & qui-  
dem non sine conscientiae scrupulo: nam brevis epi-  
stola maximi eorum erga nos amoris, benevolentiae  
charitatisque, obmutescit sermo, papyrus non capit  
singula eorum circa nostrates exhibita beneficia pro-  
palare, solum referam, quæ persecutionis tempore ocul-  
lis vidi, & manibus contrectavi, & de his quidem  
--- experimento certe probavimus, officiosos filios  
tuos, nos, ubique domorum prætereuntes, excipere  
majori studio, ac ipsosmet Societatis alumnos: hic  
Pekini degentes alunt, & sovent ut piissimi patres,  
adjuvant, & sovent ut charissimi fratres, amant,  
& diligunt ut fidelissimi amici, compatiuntur nobis  
plus quam socii dilectissimi, continue versatur inter  
ipsos piissimi contentio, & armulatio, ad exequenda  
circa nos officia pietatis &c. Te autem humiliter  
precor, ut pro me, meisque sociis memor sis in tuis  
Sac*ipiciis*, Deus O. M. conservet, augeat annos  
vitæ tuæ, ac societatem amplificet ad majorem Dei  
gloriam. In Curia sinica 4 Sept. 1665. humili  
vestræ reverendissimæ Paternitatis, Frater Dominicus  
Navareta. Hæc ille. Duo hic mirari subit: pri-  
mum, esse aliquos etiam ex Dominicanis, qui epi-  
stolam hanc subletæ fidei arguant, plane ignari  
eorum, quæ idem Navareta alibi in hæc verba  
scripserat (130) quis me unquam de societate lo-  
quentem audivit, nisi summa cum laude, & honoris  
significatione? non ne Pekino ad R. P. Oliva, san-  
cta illius familie Generalem litteras dedi, quibus  
commemorabam, quot, & quantæ essent ejus filio-  
rum

---

(130) Tom. II. operis sui ab Inquisitione Hispanica  
suppressi, pag. 2. col. 1. num. 1.

*rum virtutes? — non ne postea Cantone, qua in urbe per annos quatuor ea concordia viximus, qua germanos fratres, eodem patre, eadem matre natos decet, alteram epistolam ad eundem R. P. scripsi? id satis est, ad illorum ignorantiam tollendam. Alterum, qui factum sit, ut idem Navareta, cuius testimonio, quam diu is in China erat, Jesuitæ clari ratione doctrinæ, & mundi ratione vitæ, erant, tum, quid quid fecere, sapienter fecere, quive pro religione propaganda, rapinam bonorum suorum, carceres, ac contumelias ad mortis usque sententiam cum gaudio sustinuere, quam primum ex China Romam, & inde in Hispaniam rediit, eosdem Jesuitas superstitionum, & idolatriæ fautores proclamarit? plusne in Europa, quam in China rerum sinicarum cognitione Navareta valuerit, mihi inextricabile problema est.*

### §. XXIX.

Missionarii ex Judicium praescripto viam anno 1666. die 13. Septembris auspicati, Pekino moverunt, & confecto aqua, terraque itinere, die 25. Martii anno sequente Cantonem appulere. (131) Hic domum Jesuitarum extra muros sitam jussi incolere, nec ad confirmandos Christianos ausi quoquam procurrere, privatim latebant, confabantque inter se consilia, quem in modum res Christiana instaurari posset, visumque omnibus est, bonam mali partem illinc ortam esse, quod non eundem omnes in administranda religione tenorem hactenus servassent. Itaque, cum opportunum Cantonem ocium nauci essent, diu, multumque in utramvis partem deliberabant, an Innocentii X. (§. 21.) an contra Alexandri VII. decreto, (§. 23.) deinceps standum esset? quod ut sine partium studio fieret, placuit, ut quisque suam de ritibus sententiam in scripta referret, communicaretque cum

D 4

aliis

---

(131) Gabiani cit. I. a pag. 509. ad pag. 539.

aliis, quibus ad opposita respondendi jus integrum plenaque potestas esset. Opponentium partes sum tere *Navareta* Dominicanus, & *Antonius a S Maria* Franciscanus: respondentium contra *Intorcetta*, *le Faure*, & *Brancati* Jesuitæ. Hujus scriptum ex Sinensium classicis libris, & sinicis verbis confectum cum Navareta legisset, non dubitabat in hæc verba affirmare: (132) *viam ille commonestravit, dolet mihi quod ea non prius cognoverim.* Sarpetrus autem, visis, lectisque omnium dubiis & responsis, scripto publico Jesuitarum opinioni accessit. Præcipua ex eo, quod compendia sectari cogor, excerptam: (133) *fidem, inquit, facio, quod cum ex mandato superiorum meorum — ad hoc regnum Sinarum evangelicus prædicator missus veniam, & ex novo iterum superiorum mandato, quam potui diligentiam per octo annorum spacium adiubuisse, ut de sinicarum sectarum superstitionibus certior fierem, judico pruxim, quam Pares Missi- narii Societatis Iesu in hoc regno Sinarum se faten- tur sequi, circa permissionem seu tolerantiam quarun- dum ceremoniarum, quibus Sine Christiani philoso- phum Confucium, & suos progenitores defunctos ve- nerantur, esse non solum turam, ut pote a S. Con- gregatione universalis Inquisitionis approbatam, sed etiam, si principia præcipuarum sectarum expen- damus, esse opposita sententia, probabiliorem, & ad aperiendam ethnicis januam evangeli maxime uti- lem, ne dicim necessariam. Probabiliorem quidem, quia qui profitentur tres sectas Sinarum præcipuas, alii, id est litterati, ex magistri sui Confucii decre- to, de rebus invisibilibus non disputare, nec bona præsentis vitæ querere edocti sunt, & aliquid ab alio sperare, quam a cælo vivente, quid quid illud sit,*

---

(132) *Apologia pro decreto Alexandri VII. Præfat. abre camino, pesame no averlo sabido antes.*  
 (133) *Ibid. pag. 3. & seqq.*

fit, vel cum eodem cælo, in omnibus sive prosperis, sive adversis, non se conformare nefas putant. Alii, id est, qui ex duabus sectis idololatricis Fœ, & Tao, alterutram prospicentur, defunctorum animas, veluti quemdam aërem dissipari, vel in inferno ad tempus detineri, vel transmigratione quadam Pythagorica denuo renasci judicant, — adeoque tantum abest, ut ab illis se adjuvari posse credant, quod e contrario ipsos idolorum sacrificulos ad suorum defunctorum animas adjuvandas sæpe vocent, ut per eos unū scilicet suffragia citius, feliciusque renascantur. — — Utilem vero, quia cum omnes Sinæ prædictas ceremonias ad cultum obedientiæ filialis reducant, si omnino eæ ipsis interdicerentur, male sentirent de nostra sancta lege, quasi hæc prohibeat filios, honorare parentes, quod erit in maximum Missionis sinicæ detrimentum, & fidei propagationi obstaculum, eo vel maxime, quia Sinenses, quanvis sint variis superstitionibus involuti, tamen, si ipsis proponatur, non debere defunctis aliquid muninis tribui, vel ab ipsis bona petere vel sperare, vel gratis concedunt, vel ad credendum facile inducuntur, maxime si ex ipsis suarum sectarum principiis rationes ad hominem desumantur. &c. Hæc illo pertinent, ut ostendat, Sinas, dum Confucio, & defunctis progenitoribus honorem legibus præscriptum exhibent, nihil solere ab iis petere, aut sperare, quæ idem serius postea prolixiore scripto complexus eit. (134) Contra vero Antonius a S. Maria nitebatur, qui ne ea quidem admittenda censebat, quæ sacra Congregatio ad quæsita P. Morales indulserat, cumque argumentis urgeretur, nihil aliud respondit, quam, si ea volunt concedere, mittant ex urbe Roma, qui ea prædicent, certum est enim mihi, potius a Missione discedere, quam ad id me demissam. (135) Nec

D 5

his

(134) Ibid. a pag. 21. ad 68. (135) Sarpetrus in epistola ad Congreg. de propaganda anno 1668. scripta.

his contentus, duas insuper quæstiones suscitaveret: primam de voce *Xam-ti*, quod crederet, Si-nas nunquam veri Dei cognitionem habuisse: sed non vidit, id neutquam posse cohærere cum sua opinione, cum indubitanter asseverabat, Confucium & progenitores defunctos a Sinis adorari. Ita, si mens semel præjudiciis occupata sit, non facile veritati locus est. Alteram movit de pileo, quem Sinæ ex regni consuetudine, etiam tum, cum Imperatori assistunt, & loquuntur semper capiti impositum habent, censemque indecorum aperto capite esse. Hinc mos universe obtinuit, ut Missionarii operto capite ad aras operentur, & Christiani eodem modo sacris mysteriis intersint. Contrarium Antonius volebat; quem tamen ceteri propterea explodendum magis, quam refutandum censuere.

### §. XXX.

Plus argumentis, & rationi Navareta tribuit, qui post acrem trium annorum de ritibus concertationem, Jesuitarum opinioni subscripsit, proximique eorum cum suis sociis se sequuturum datis ad Antonium de Govea litteris testatus est. En illas. (136) Reverende Pater! ea, de quibus hodie cum paternitate vestra egi, non dubito, quin ultro ad R. P. Visitatorem deferat. Quare faciendum mihi duxi, ut illa eadem scriberem: nimirum iis, quæ ad mortuorum tabellas, ceremoniasque funebres pertinent, nos omnino, ac nulla re prorsus immutata, adhæsuros iis, quæ a Patribus Societatis vestræ statuta olim fuere in eo congressu, (§. 20) quem habuerunt in urbe Hang-cheu mense Aprili anni 1642. de Confucio autem permissuros ea, quæ vestri permittunt, sublatis nimirum solemnibus duabus, quæ Patribus Societatis non probantur. Atque ut apparcat, nos spiritu charitatis duci, atque in ea-

---

(136) *Apologia pro Decreto Alexandri VII. pag. 74.*

eadem esse sententia, videtur operæ pretium ea referre singula, de quibus jam convenit inter nos. De nominibus finicis Xam-ti, & de spiritibus, quoniam delata res est ad R. P. Generalem vestrum, atque ut arbitror, etiam ad sacram Congregationem de propaganda fide, exspectabimus responsum, atque interea sequemur illud, quod apud vos est constitutum. Si vobis visum fuerit, aliquid immutare, & nos pariter idem immutabimus, vel omittemus de eo loqui, vel ita certe loquemur, ut nulla ex nostro sermone perturbatio consequatur. (137) Jam si qua in posterum novæ difficultas oriatur, nihil ante statuetur, quam ad eum delata fuerit, qui vice-provincialis munus in Sinis obtinebit, atque ita fiet, ut æqua utrinque gratia res omnis, & prout viros religiosos decet, componatur, &c. Actum die 29. Sept. anno 1669. Paternitatis vestrae servus humillimus, Dominicus Navarette. Hoc tandem modo effectum est, ut Dominicanii in China, mitigato jam animo, Jesuitarum opinioni, & praxi subscriberent, dentis duabus solemnibus ceremoniis, quæ Confucio bis in anno sexto quovis mense exhiberi solent, quasve Jesuitæ a primordio Missionis & deinceps neophytis semper vetuere. Aliud tamen nobis Serry vult persuadere; (138) hic vix mihi, inquit, temperare, possum, quin in examen vocem, an Jesuitæ revera nunquam neophytis suis liberum ficerint, solemnibus Confucii cultibus interesse, imo & ministrare? multa enim, eaque evidenter argumenta suppetunt, quæ contrarium evincunt. Quanti erat, vel unum ex his evidenter argumentis promere! nam quæ subdit, nituntur conditione; si Confucius numen est, quod Jesuitæ semper iniciati sunt, & nunc in con-

gres-

---

(137) Id indicio est, Dominicanos prius sermone praxim Jesuitarum apud fideles suos improbaſſe, ex quo necesse fuit, inter utriusque partis Christianos perturbationem oriri. (138) Op. cit. Tom. VI. pag. 324.

gressu Cantonensi Sarpetrus etiam negavit, qui, cum Navarettæ epistolam ad P. de Govea datam legisset, respondit, se, quamvis jam ante ejusdem sententiæ fuisse, nunc tamen magis in ea confir mari, *tum quia*, ut scribit, *sic eum velle intelligo, simulque R. P. viceprovincialem, qui professus est, illud se ratum habiturum esse, quod P. Navareta statueret, tum quia id mihi persuasi, plurimum id valere ad sanctissimæ fidei nostræ propagationem, ad firmandam inter Missionarios ex utroque ordine concordiam, atque ad ea tollenda scandala, quæ ex præxi contraria nata sunt, tum quia praxim hanc & redissimam esse ex rationis meæ & conscientiæ sensu judico, & intelligo consentaneam esse, vel Capitulo rum nostrorum generalium decretis, vel epistolæ, quæ est typis edita R. P. nostri Generalis ad Missionarios sinenses, vel consiliis ac mandatis R. P. Francisci a Paula, Commissarii sancti officii, --- vel iis quæ ex majori suffragiorum numero statuta sunt in congressu habito in urbe Lan-ki inter omnes, quot eramus in Sinis ex ordine S. Dominici, Missionarios, tum denique, quia rem illam & experi vi, suminopere, & enixe postulavi scriptis litteris ad R. P. Generalem nostrum, & ad eminentissimos Cardinales de propaganda fide. Actum in hac domo in urbe Quam-cheu-fu die 4. Oct. 1669. (139) Quo animi sensu inita inter partes concordia a plerisque Dominicanis, qui congressui Cantonensi interesse non poterant, accepta fuerit, non aliunde melius, quam ex eorum litteris ad Jesuitas datis cognosces. Timotheus a S. Antonio, cuius alias memini, (§. 25.) ad P. de Govea scribens, testatur, se *Deo gratias agere, quod post accuratum examen tandem Patres sui ordinis cognoverint, verum esse id, quod Patres Societatis affirmarent, atque approbarent circa ritus Confucianos, ac defun**

ctio-

Forum, seque enixe rogare omnes Societatis Patres, ut dignentur parcere, si a Patribus sui ordinis, dictum quid vel actum fuerit circa id, quod Patres Societatis Christianis suis permetterent in Sinis. Non enim malo id animo fecisse, sed quia Sinensium aliqui Manilæ degentes interrogati de his ritibus male informarunt. (140) Ex hac regione P. Morales in Chinam appulit, nihil proinde mirum, si præjudiciis occupatus omnia Europæo oculo considerans, primus bellum ritibus Sinicis indixit. Timotheum excipiat Joannes Garzia ejusdem ordinis Missionarius ad Julium Aleni Jesuitam scribens: *existimo non esse nunc, nec multis post annis fore e re divini obsequii, ut sanctum Evangelium in hoc regno prædicetur alio modo, quam quem vestræ Paternitates tenuerunt, & abhuc tenent, idque meis Prælatis scribendo significavi, atque ipsa experientia mali successus, qui Patribus expulsis contigit, argumento nobis est, non placere Deo in præsenti modum illum agendi, et si id egerint bono zelo, & ad tentandum, utrum eo modo conversiones fierent, qua ex causa sunt, excusandi.* In eandem sententiam ivere Provinciales Dominicanorum in China Carolus Gant, & Franciscus de Paula, qui sæpe suis inculcabant, ut Decreto Alexandri VII. & Jesuitarum praxi se conformarent. (142) Jungamus Dominicanis Augustinianum. Est is Alvarus Benavente, postea episcopus Ascalonensis, cuius ad sacram Congregationem de propaganda hæc notatu digna verba sunt: (143) *Jam ab anno 1683. quo Missionariis ex meo ordine præfectus fui, in linguam & libros sinicos, qua fieri potuit, cura studioque intentus, id ante omnia dedi operam, ut*  
dis-

(140) Intorcella de cultu Sinensium, pag. 183.

(141) Furtadus in informatione de praxi Missionariorum &c. pag. 47. (142) Le Tellier cit.

Tom. pag. 191. (143) Réponse au livre intitulé: Extraits &c. cit. l. pag. 130.

disquirerem, *Jesuitisne*, qui ritus Confucio, & defunctis exhiberi solitos, velut politicos, neophytis permittunt, an contra Dominicanis, qui illos religiosis accensent, me cum meis adjungerem? quo in bivio ut tutissimus graderer, omnes libros, qui in utramvis partem editi erant, diligentissime scrutatus sum, autores cum autoribus, rationes cum rationibus contuli, consului praeter Sinas, dignitate, doctrinaque claros, ipsum episcopum Basilitanum (Gregorium Lopez) Dominicanum, & origine Sinam, cuius abud me autoritas magni semper erit, tum P. Blasium Verbiest, (144) itidem natione Sinam, qui prius, quam nomen Societati Jesu dedisset, ob candorem animi, viteque probitatem omnibus carus, non modo Europeis scientiis probe excultus erat, sed omnes etiam libros sinicos, qui de religione agunt, evolverat. Istorum judicio non contentus, aliorum etiam gentilium Sinarum, qui inter eruditos maxime inclauerant, mentem cum per me ipsum, tum socios meos exploravi, ac ipse etiam sinicos libros, qui hanc materiam ex instituto pertractant, non perfundorie legi, ac relegi; quibus omnibus summa accuratione perpensis judicavi denique, me, meosque secundum episcopi Basilitani, & Basili Verbiest sententiam, me meosque, Jesuitarum praxim pre ea, quam Dominicani tuentur, amplecti debere, non solum propterea, quod evidens sit, illam propagandæ religioni mirum in modum commodare, sed quod penitus persuasum habeam, ritus hos cum ex sua institutione, tum communi gentis sensu pure inter civiles numerari, etsi forte non defint ex vulgo, qui ignorantia lapsi superstitiones aliquando admisceant. Ac idcirco rationes, quibus Jesuitæ nituntur, probabiliores mibi pre contrariis videntur. Ita prius sensi, & nunc quoque sentio. Ejusdem omni-

---

(144) Cognomen a Ferdinando Verbiest, qui eum baptizaverat, accepit.

omnino sententiæ, ut alios prætermittam, fuere Fernandez *Serrano*, Dominicus a S. *Rosa*, & Michael *Roca*, ordinis Minorum, quin ipse etiam P. Leonissa Franciscanus antequam episcopus *Rosalienfis* renunciatus esset. Ita enim ad quæsta Cardinalis *Casanate* respondit: (145) *fuere complures Missionarii ex Dominicanis, & Franciscanis, aliorumque ordinum, qui praxim Jesuitarum in ritibus finicis tenuere, an tamen in omnibus, iis consenserint, asseverare non ausim.* --- Libet mihi nunc, quid sentias, explorare. Ex tot Dominicanorum, aliorumque ordinum virorum testimoniis, post tot inter Dominicanos, & Jesuitas integro triennio habitas consultationes, & pacta conventa, scripto utrinque firmata, censesne tandem sinceram pacem coaluisse? --- ne quid titubes, libere, quid sentias, edissere. --- Ita mihi quidem videtur. Toto, ut ajunt, cœlo erras. *Navareta* postquam scripto pollicitus est, se cum Missionariis suis, Jesuitarum praxim sequuturum esse, repente insalutatis omnibus, & relicta in cubiculo epistola, qua indicabat, se Macaum ire, ut inde in Siamum navigaret, Cantone prius discessit, quam ab aula Pekinensi inde abeundi data facultas esset. Itaque discessus ille similis fugæ fuit. (146) Ut in Siamum ad episcopum Berythensem venit, haud diu moratus, inde solvens Hispaniam anno 1672. attigit,

ac

---

(144) Art. 96. (146) De fuga illius exstat testimonium P. Michaelis de Angelis, ordinis S. Augustini, qui vicarius erat episcopi Pekinensis: de falsitatibus autem, quos Tomis suis II. inferuerat, exstat testimonium an. 1680. die 16. Dec. matu demini de Vasco Barbosæ de Mello scriptum. Vide *Lettres édifiantes* edit. novæ Tom. XVIII. pag. 32. & 33. item: *L'eclaircissement donné à Monsieur le Duc de Maine sur les honneurs, que les Chinois rendent à Confucius, & aux morts ibid.*

ac sequente Romam profectus est, tum regressus Madritum Tomos II. de rebus sinicis edidit, quorum postremus ante, quam absolveretur, mandato Inquisitionis suppressus est. Hinc illius raritas. Preemium suæ scriptoris tandem archiepiscopatum civitatis S. Dominici in Hispaniola insula consequens, ibidem ante inaugurationis ritum obiit. (147) Hic viri exitus fuit: de cuius libris contra ritus sinicos, quos prius publica stipulatione ratos habuit, editis, dignissimæ memoria est judicium Petri de *Alcalá* Dominicani, quod litteris suis anno 1680. die 13. Martii ad *Intorcettam* datis in hæc verba prodidit: (148) *Deus scit, quantum ex hoc libro doloris senserim, quam fuerim indignatus, si ita liceret, proprio sanguine, quæ scripta sunt, deleverem.* *Faxit Deus!* ut divina luce collustrati, scientiam jungamus cum charitate, & disciplina, alioqui magnis graviter peccandi periculis exponimus. *Iam scripsi & ad nos, & ad alios, quantum labore in hoc Imperio Societas, cui debemut, quod & possimus in eo laborare ad conversionem animarum.* (149) *Exposui, quantas & industres hic habeant Christianorum Ecclesias: ita semper loquar, & scribam, scribere enim aliter, vel loqui, est cognitæ veritati resistere, adeoque juxta D. Thomam in spiritum sanctum peccare.* Facile hinc intelliges, *Navarettam* non eo, quem præferebat, candore animi egisse, ac fortasse eodem plane

---

(147) Præfat. ad apologeticum pro Decreto Alexandri VII. (148) *Le Tellier* Tom. I. pag. 140. (149) Sunt tamen in primis autor quidam Gallus hoc titulo: *Anecdotes sur l'état de la religion de la Chine &c.* quem compendii causa posthac *Anecdotarium* vocabo, Paul. Ernestus *Jablonski* hist. Christianæ Tom. II. pag. 191. qui velint, Jesuitas id egisse, ut reliqui Missionarii ex China exigerentur, quo soli in Ecclesia sinica regnare possent. *Nihil magis inficetum dici poterat.*

ne tempore, quo Cantone de concordia ineunda agebat, quacunque demum rima, quid inter se, & & Jesuitas ageretur, in urbem perscripsisse, quod non solum repentina illius fuga indicare videtur, sed editi quoque postea adversum ritus libri, & supplex libellus, confirmant, quem eodem prorsus anno, quo is P. de Govea scripto promiserat, se cum suis praxim Jesuitarum esse sequuturum eodem, inquam, anno 1669. Dominicani nomine Joannis Polanci, generalibus Inquisitoribus Romæ porrexerant, quo petebant declarari, utrum Decreto Innocentii X. an Alexandi VII. standum esset, rati, sententiam pro se pronunciatum iri. Sed Eminentissimi Patres declararunt, decretum sacræ Congregationis de propaganda fide latum sub die 12. Sept. 1645. secundum tum exposita in dubiis, esse, in suo robore, neque per decretum sacræ Congregationis sancti officii latum sub die 23. Martii 1656. fuisse circumscriptum, sed omnino secundum quaestita, circumstantias, Et vinnia in eo dictis dubiis expressa, esse servandum ut jacet: quemadmodum servandum declaravit decretum sacræ Congregationis sancti officii latum, ut supra, die 23. Martii, 1656. (150) juxta quaestita, circumstantias, Et omnia in eis expressa. Feria IV. vigesima supra dicti mensis Novembris 1669. (151) Quam sententiam Clemens IX. suo judicio confirmavit. Hinc suopte efficitur, Jesuitas in possessione Decreti ab Alexando VII. conces-

---

(150) D. Mosheim de hoc judicio, pag. 17. loco s̄aþe cit. ita scribit: Das ist die r̄omische Geswohnheit, wenn zwey mächtige Partheyen über Glaubenssachen mit einander rechten, so wird insgemein ein Urtheil gefüllt, das beyde Theile für sich erklären können. Aut non scivit D. Mosheim quaestione juris a quaestione facti discernerere, aut si scivit, non bona fide hæc scripsit. (151) Bullarium Dominicanorum Tom. VII. pag. 482.

cessi permansisse, quod tamen Serry, ut solet, audacter inficiatur, neque dubitat, libello Polanci imposturas P. Martinii detectas fuisse. *P. Joannes*, inquit, *Polanco omnium ordinis S. Dominici Missionariorum nomine, imposturas (P. Martinii) detexit.* (152) At non vidit Serry, in quem se laqueum induat. Qui enim fieri potuit, ut Clemens IX. anno 1669. Decretum Alexandri VII. pro diversa facti, & circumstantiarum expositione confirmaret? nam si Martinius imposturam commisit, non commisit certe alibi, quam in facti, & circumstantiarum expositione: aut igitur non credidit Pontifex, Martinum in expositione rituum Sinicorum imposturam commississe, aut, si credidit, imposturam in re tam gravi sciens, volensque confirmavit. Quamcunque partem Serry deligat, in manifesta fraude tenetur.

Jam parabam te dimittere, cum mihi continuator Fleuryanus in mentem venit, cuius causa si Collegium tantisper productum fuerit, æquanimiter, ut spero, feres. Narrat is, sed narrat tantum, ad annum 1674. Adamo Schallio, & Antonio de Govea decretum Alexandri VII. displicuisse, quod suspicarentur, a Martinio non integra fide ritus sinicos Romæ expositos fuisse. (153) Si quæras, quo teste id afferat? nullum reperies: nec venit illi in mentem, Schallium, sicut Riccio successerat, ita ejus quoque tenorem in curanda religione constanter una cum sociis servasse: Antonium vero de Govea aut ignoraverit, aut oblitus fuit, id præcipue cum Navareta in congressu Cantonensi egisse, ut se cum suis Dominicanis decreto Alexandri VII. conformaret, quod publica stipulatione etiam, ut paulo ante memoravi, præstitit. Pergit hic scriptor narrare: *quapropter ex illis magis ingenui decreverant, quod, quamvis Clemens IX.* utrum-

---

(152) Cit. op. pag. 345. (153) Tomo LXIII. pag. 702. & seqq.

utrumque decretum pro diversa facti, & circumstantiarum expositione vim suam habere declarasset, ad maiorem tamen securitatem in re tanti momenti necessarium foret, ex Missionariis quempiam rursus Romanam alegare, qui sacræ Congregationi hæc dubia juxta rei veritatem proponeret. Sors ceciderat in P. Dominicum Ferdinandum Navarette Dominicanum. Si Schallium inter hos ingenuos esse velit, vehementer aberrat, quippe qui jam anno 1666. die 15. Augusti obiit. (154) Sed illud in hoc scriptore, portento simillimum est, quod Navarettam a Missionariis, ut Romanam proficeretur, delectum affirmat, postquam Clemens IX. utriusque Pontificis, Innocentii X. & Alexandri VII. decretum pro diversa facti, & circumstantiarum expositione vim suam habere declarasset. Conferamus tempora. Navarettam, eodem scriptore teste, iter suum Romanum versus exeunte anno hujus secundi sexagesimo nono aggressus est. Demus, idque liberaliter, Navarettam ultima Decembris anno 1669. Cantone Romanum versus movisse: declaratio Clementis IX. signata est die 20 Novembris eodem anno 1669. Necesse igitur est, ut nuncium de hac declaratione, quadraginta dierum spacio, Roma Cantonem allatum fuerit. Nemo hactenus geographorum tam prope Romanum Cantoni admovit. Scivit hoc noster Scriptor pene thaumaturgus. Adde & illud; quod ad cohonestandam Navarettæ fugam, dedita opera fingat, eum a Missionariis delectum, ut Romanum profectus, dubia juxta rei veritatem proponeret. Quæ dubia, & a quibus Missionariis? ex Dominicanis non plures tunc, quam Navarettam, Sarpetrus & Philippus Leonardus, Cantone erant, atqui hos omnes Jesuitarum praxi subscriptissime, jam supra extendi; a ceteris autem quinque (155) Dominicanis,

(154) Gabiani cit. l. pag. 593. (155) P. Victorius Riccius in laudata epistola ad suum Superiorem:

nis, qui apud suos neophytes latebant, deligi, non potuit, quod omne litterarum cum iis commercium graviter vetitum esset. Sed ut ex tuo vultu conjicio, scire cupis, quid tandem Navareta profectione sua Romæ effecerit? audi nostrum: *summo Pontifici, & sacræ Congregationi de propaganda fide, quo statu res sinicæ essent, tanta animi ingenuitate, & rationum robore exposuit, ut auditis Laurentii Brancati de Laurea, & Cajetani Mirabelli, aliorumque responsis ad ejus dubia, Pontifex novo decreto ritus sinenses hoc anno (1674.) prohiberet.* Nonne rursum, ut rei gravitas poscit, cupis scire, quibus verbis, qua die editum decretum & cuius Notarii nomine subscriptum fuerit? frustra es, & ego tecum, nec licet nobis illa *rationum robora*, quibus Pontifex adductus sit, ut ritus sinenses anno 1674. prohiberet, legere, nisi fore sint illa, quæ mox subjungit: *Hanc in rem eodem tempore vulgaratur scriptum, cui titulus: „Dubia proposita a P. Dominico Ferdinando Navarette anno 1674. proposita sacræ Congregationi generali S. Romanæ & universalis Inquisitionis, transmissa Fratri Laurentio Brancato, postea Cardinali de Laurea & Cajetano Mirabello Clerico regulari, cum horum responsis. „Si id nobis ille pro Decreto venditat, næ is egregie simplicitati Lectorum illudit quemadmodum in illis etiam, quæ in eadem narratione congerit: ait eo, ait tempore, (quo Navareta Cantone morabatur) ob quasdam dissensiones inter Sinenses & Lusitanos exortas, cuncti Missionarii edicto regio in urbe Cantonensi detinebantur, postea tamen eo usque eis libertas concessa, ut quidem*

---

*verum 26. tantum comparuerunt in urbe regia, reliquis decem variis in provinciis occulte commemorantibus, ne si res finisrum eventum sortiretur, uno velut isti extingueretur lex evangelica, e societate Jesu quinque fuerunt ex meo ordine (S. Dominici) totidem.*

dem ad interiora regni atque ad suas Ecclesiæ redire prohiberentur, extra Sinas tamen abeundi, eis integrum esset. Quot in paucis his lineis hallucinationes! nulla enim tunc inter Sinenses, & Lusitanos dissensio, nec, si fuisset etiam, hæc causa erat, cur Missionarii Cantonem relegati fuerint, sed, quam profitebantur religio Christiana, (§. 27.) ut infra ex supremi Comitiorum sinensium Præsidis sententia patebit, qui eos diserte *ob causam religionis*, non item propter dissidia inter Sinas & Lusitanos orta, in exilium relegatos perhibet. Fortassis ægre huic scriptori est, pugiles Christi, religionis causa in exilium relegatos fuisse: Missionarios autem ad suas Ecclesiæ fuisse permisso redire, itidem falsum est, & venia, quo vellent abeundi serius sub *Cham:by*, & *Kong-tchingo* data fuit, ut, cum locus monebit, declarabo. Sed tædet me his aberrationibus porro immorari: quare, si libet, discedere, potes, proximo Collegio rursum affuturus, in quo, ut tibi gustum jam antea exacuam, multa Jesuitarum præclare facta audies, illudque in primis, quam diligentem, aspirante Deo, operam navarint, ut religionem Christianam toto Imperio omnibus Sinis nullo discrimine amplecti liceret, quod te, ut mihi persuadeo, ingenti voluptate perfundet. Nunc vade.



## C O L L E G I V M . IV.

---

*Jesuitæ Pekinenses libello supplici religionem Christiam tueruntur, & ut Missionarii Cantonem relegati liberentur, agunt, sed a Tribunali rituum repulsam ferunt: post in Comitiis Imperii triumphant, in primis contra Jangquang sien; Adamo Schall defuncto tituli, & honores restituti. Missionariis indultum, ut ad suas Ecclesias redeant, Sinis tamen vetitum Christianam legem amplecti. Verbiestus a summo Pontifice laudatus: novam persecutionem Jesuitæ reprimunt, obtinentque veniam, ut Sinenses libere fidem Christianam amplecti possint.*

### §. XXXI.

**D**um Missionarii Cantonem, ut supra memoratum, relegati de ineunda inter se concordia agunt, Jesuitæ, quibus, ut Pekini resisterent, venia est facta, omnem lapidem movebant, ut damnata, quæ Jangquang sien accusatione sua religioni intulerat, sarcirent. Et erant non pauca, quibus in hanc spem erigi poterant. Primum enim Chambly annos pupillares egressus, rem publicam per se se administrandam accepit: tum Verbiestus datis pluribus Europæastronomiæ documentis, animum Imperatoris, & Optimatum, præcipue Tartarorum, benevolentiam, sibi suisque sociis conciliaverat: accessit, quod Legatus Lusitaniae per idem tempus summa honoris significatione acceptus, di-

misi-

missusque fuisset, (156) His indiciis freti, ne quam opportunitatem rei bene gerendæ sibi elabi sinerent, libellum supplicem hujus tenoris obtulerunt. (157) Offerunt libellum supplicem *Ludovicus Buglius, Gabriel Maghalanes, Ferdinandus Verbiestus.* Causa supplicandi multiplex: *fraus in primis, qua circumventus Princeps, & violentia, qua præcipitati in interitum innocentes communi cum indignatione & offensa tam superum,* (158) quam mortalium. Obtestamur itaque Majestatem regiam, ut extinguat, quid quid etiamnum latet, nequitiae confederatae & sic palam faciat mundo causam, innocentiamque Joannis Adami vita licet jam defuncti. Hæc igitur cum dolore, genituque nos tres dicimus; annum jam agi quod dragesimum octavum, ex quo popularis ille noster & longinquus advena Joannes Adamus pervenit ab occidente in hanc aulam, & imperante etiam tum familia superiore Taiminga protinus ex mandato regio curam suscepit rei astropharmacæ, deinde vero beneficio singulari hujus Tarataricæ familie novo jussus diplomate (159) per severare in eo munere, constanter annos viginti &

E 4

ann-

(156) Hist. générale de la Chine &c. Tom. XI. pag. 59. (157) Apud Leibnitium, Novissima sinica, pag. 16. (158) Indicare videntur repetitos terræ motus, incendium, quo palatum penè conflagravit, & signa in cœlo, quæ persecutionis tempore apparebant. (159) Id hujusmodi fuit. *Ego cœli mandato Imperator pronuncio, quod quoties probitate, & fidilitate conspicuum virum Deus in mundum destinat, toties quoque providet de rege, qui velit & possit ejus opera uti, eique gratificari.* Nunc ergo, quo hoc comprobetur, cogitavi de nomine tali, quo vir hujusmodi sentiat diligentiam, & fidilitatem suam laudari, seque nobis abunde satis fecisse letetur. Tu igitur Ta-cham-fu Tribunalis Preses Joannes Adame, a puero mathematicas Scientias edocet.

amplius, nemine omnium vel adversante, vel ob-  
trectante, motus cœlestes, annuasque vicissitudines  
accurate supputatas, rite quotannis vulgavit per  
Imperium, quoad prob dolor! tandem incidit in in-  
sidias, ac manus improbi veteratoris Fangquang-  
sieni, qui quidem homo, imperante familia Taimin-  
ga, jussu regio coesus fustibus jam semel pœnas de-  
derat accusationis absque ullo fundamento per sum-  
mam injuriam institutæ, & tamen idem nunc rur-  
sus tyrannica fretus autoritate unius maxime Pro-  
tocumi, baud dubitavit, erroris arguere astrono-  
miam Europæam, eamque regulam, quam præce-  
dens

Etus, vestissima maria trajiciens huc appulisti,  
& jam plurimis annis hic es commoratus. Nos  
quoque opportuno tempore advenientes Ide te au-  
dire, teque nosse potuimus, inter alia admiran-  
tes studia tua astronomica, ut ea in lucem dares  
Tribunali mathemæico te vel invitum præ-  
posuimus, & tandem hoc munere acceptato, cum  
scrupulso ea, que calculo astronomico prodideras,  
inveniessimus exacte cœlo respondisse, immo  
antiquorum regulas non nisi paucissimas, & has  
quidem sine rationum fundamento, jejunicas &  
incertas, te quoque ad multas, easque rationibus  
comprobatas extendisse, & hoc pacto scientiam  
tibi creditam dilataisse, necessarium duximus,  
aliud tibi majoris honoris officium conferre,  
illud nimirum magni Tribunalis Ta-cham-fu,  
in quo nunc primum es constitutus, ut hoc pa-  
cto studia tua magis excitemus, teque ad ea no-  
bis magis, magisque communicanda impellamus.  
Insuper etiam in familiarem nostrum te deligimus,  
& post hac sincera benevolentia nos persecu-  
turos spondemus. Sed cum novum regimen Im-  
perii occasionem nunc det omnibus congratulandi,  
nolim te hujus communis lætitiae expertem esse,  
quin potius me gaudente, te simul gaudere cupio.  
Iacirco cum dignitate titulum hunc: Tum-hy-  
tai fu, (id significat magnum virum experti  
consilii) post magnates proximis dari solitus,  
tibi

dens Imperator ab annis decem & amplius stabili-  
verat. temere criminari, quoad indictis nuper co-  
mitiis, in rem nostram sane feliciter, jussi sunt  
Principes primi, & secundi ordinis, nec non regio-  
rum Tribunalium Praesides, & assessores examinare  
denuo novam illam methodum, quæ & approbata  
tunc fuit, summo consensu omnium, ipseque Fer-  
dinandus, jussu beneficioque regio, astronomicæ rei  
curam denuo suscepit, nec fas deinde cuiquam fuit,  
movere hanc amplius controversiam. Inde ad reli-  
gionis christianaæ defensionem progressi, præcipua  
illius capita enuclearunt, docueruntque, hanc jam  
inde a Ricci temporibus in Imperio cum laude co-  
gnitam, & a conditore familie Tartaricæ Xunchio  
celebratam fuisse, qui pro templi foribus suo ære  
monumentum marmoreum cum inscriptione: *Sedes  
illustris penetrantis arcana: erigi jusserit.* Tum ad  
accusatorem digressi, qui Schallium, ceterosque  
Missionarios nova criminatione perduellionis postu-  
lare ausus est, atqui, inquietabant, nos, ceterique  
sociorum, tam remotis e regnis advenæ, & qui  
terra marique posuimus annos omnino tres, in hoc  
itinere stadiorum nonagesies mille, (160) & am-

E 5

plius

tibi impertior, idque hoc scripto testatum volo.  
Macte nunc, beneficium ex hoc propinquuo, nem-  
pe a tuis meritis cœptum, paulatim ad altiorem  
gradum excrescit, quoque magis ingenium tuum  
& eruditio te prodat, eo magis præmia, &  
dignitates augescunt, præsentibus beneficiis hoc so-  
luminodo exigimus, ut scientiam, tuamque pro-  
bitatem cum fidelitate, & præclaros mores qua-  
quaversum explices. Xun-chy Imperatoris anno  
Imperii octavo. Id est: 1656. Vide Hist. Nar-  
ratio de initio & progressu Missionis sinicæ &c.  
pag. 262. Illa hujus diplomatis: *te vel invitum:*  
continuatorem Fleuryanum falsimoniæ aut insci-  
tiae redarguunt, qui Schallium per fraudes ad  
eam dignitatem evasisse scripsit. (160) Mil-  
liaria sinica, quæ Ly dicuntur, hoc loco veniunt.

plius, nos, inquam, qui nunc in Sinis degimus, homines duntaxat viginti & aliquot, --- quibus tandem alis instructi sumus, quibus obsecro subsidiis ad suscipienda perduellionis consilia, & occupandum armis scilicet hoc Imperium? & tamen os illud tortuosum, subdolæque confictiones, tantum effecerunt, ut innocentes isti advenæ, viginti aliquot ablegati sint in provinciam Cantonensem, ubi etiamnum hærent miseri vindorum instar, & nec progredi sinuntur, nec regredi, cumque nullum crimen admiserint, quod bonorum publicationem mereatur, ædes tamen istorum traditæ sunt aliis incolendæ, loca sepulturæ destinata alii invaserunt, (161) quo magis etiam urgemur, ut clara voce conqueramur de tanta iniquitate. Cumque jam tyrannis illa Patrocumi tandem venerit in lucem, & insignis ista insolentia, solis instar, jam patefacta, obsecramus Majestatem regiam, ut demittat se se, ac detegat hos, qui etiamnum latitant, ritaque examinet, ac declareret causam istam, ut sic patefacta defuncti jam ministri innocentia prædicet is beneficentiam Imperatoris sui, quam vivus, mortuusque senserat. Terique orabant, ut Mandarinos quoque, qui religionis causa, aut magistratu privati, aut in exilium relegati fuerunt, pro eo, quo in suos ferebatur, studio, ab injurya immunes præstare dignaretur. *Datum anno VIII. Imperatoris Cham-by, Lunæ quintæ die quinta: hoc est, anno Christi 1669. die 21. Junii.*

### §. XXXII.

Imperator pro more gentis libellum suppli-  
cem ad Judices Tribunalis rituum misit, ut de eo  
sententias rogarent, &, quid statuissent, ad se re-  
ferrent. Sed illi in suo proposito perstabant, &  
legem Christianam esse pravam, neque in regno  
tolerari posse, eamque ob causam præcones illius,  
ne

---

(161) Sepulcra violare Sinis sumimum piaculum est.

ne mali labes porro serperet, Cantonem relegatos esse responderunt. Ita primus conatus cecidit: nec tamen propterea Jesuitæ sibi a cæptis desistendum putabant, captataque reguli Tartari, qui apud *Cham-by* gratia, & consilio plurimum valuit, benevolentia illo rem hujus opera adduxerunt, ut causa religionis, & Missionariorum, ad conventum Imperii deferretur. Adesse jussi sunt, *Jangquang-sien*, & tribunalis rituum Præses, tum *Buglius*, *Maghalanes*, & *Verbiestus*. Dimicationem orsus est *Jangquang-sien* immani in religionem, & *Schallium* calumniarum phalange instructam, quas *Buglius*, servato accusationis ordine, ea perspicuitate, & gravitate rationum convulsit, ut sententiæ Tartarorum Principum, quos adversarii imposturæ non latebant, ipso etiam Judices sinenses, licet inviti, subscribebant, actaque conventus in haec verba concluderent.

(162) *Ego summus comitiorum Præses, ceterique mecum judices, obtemperantes mandato Imperatoris nostri, postquam coacto rite cætu denuo instituimus disquisitiones, & consultationes nostras, comperimus, Jangquagsienum hominem improbum, & nequam, confititis maligne criminacionibus, importune, vio-lenteque accusasse religionem Christianam falsitatis, & pravitatis, quæ quidem religio rejecta tunc fuit, ac vetita per sententiam, nunc autem perspicue nos cognovimus, quod professio illa Christianæ religionis nihil prorsus contineat, quod pravum sit, vel ad defectiones vergat, perturbationesque publicas. Quapropter par est, ut iis, qui sequuntur religionem Christianam, liceat eam profiteri pristino ritu, ac libertate, sic tamen, ut prohibeantur instituere cætus majores, & spargere libellum de propa gatione ejusdem religionis, aut ærea numismata. Cognomentum Joannis Adami, „ præstantis & arcanæ legis Doctor, „ eidem restituatur, curæ etiam sit concilio Magistratum ut*

ut eidem similiter restituatur gradus suus, dignitasque pristina. Pari modo quod attinet ad Doctorem Hius vonsemum, & alios, (163) mandetur, dicto Concilio, ut exquirat, quid publici muneris ipsi quondam gesserint, & restituatur unicuique munus suum. Quoditem attinet ad templum, & domicilium, sita quondam extra portam Feu-chim dictam, restituantur, & premium quo venundata fuerunt, & ipse fundus Ferdinando, ac sociis. Detur vero in mandatis Gubernatori provincialrum Canton, & Chansy, item Proregi proprio provinciae prioris, ut expediant aliquos e ministris suis, qui homines Europaeos quinque & viginti ob causam religionis ab legatos in dictam provinciam, deducant in hanc aulam, qui ubi pervenerint, exquiret tunc concilium rituum voluntatem sue Majestatis. Præterea Mandarino Li-zu-pe, (164) & aliis procuret Concilium Magistratum, ut singulis pro suo cuiusque gradu ea impendatur beneficentia regia, quæ mortuis consuevit impendi, filiique, & fratres eorumdem ab exilio revocati, quot quot publicam gesserunt dignitatem, eam recuperent. Nam si agitur rursum de Fangquangsieno, utique nixus ille fuit iniquo patrocinio, gratiaque. Nuper certe, cum per se aestimasset Imperator, quæ ab illo peccata fuerant, (165) sine mora privavit hominem sua dignitate, & magistratu, (166) usurpus deinceps opera Ferdinandi ad astronomicæ rei curam, & administrationem. Ex quo potest intelligi, eundem Fangquangsienum, dum gratus quondam fuit tot mendaciis, & ca-

---

(163) Duodecim præterea fuere, qui religionis causa dignitatibus privati erant. (164) Hic cum aliis tribus erat Mandarinus Collegii astronomici, qui in communi persecutione fortunis & vita exuti sunt. (165) In astronomicis observationibus coram Colais ab illo, & Verbiesto institutis, de quibus isthic egi, ubi CC.XVIII. imposturas Cettoianas detexi. (166) Fuit enim Schallio post accusationem a Tutoribus subrogatus,

luminiis, id re vera fecisse fretum autoritate, potentiaque perfidi Patrocumii, (167) qui & autor ipsi fuit, ut sic faceret. Plane sic res habet: in nixus Jangquangsiens ishi societati improborum, atque rebelium, per meras fraudes, & calumnias præcipitavit homines innocentes in interitum. Idem quoque sua auctoritate demolitus est, ac destruxit altare, nec non marmoreum monumentum in templo Domini cœli, cum tamen ea mandato regio vetita fuissent violari. Quæ cum ita sint, cum fuerint octo capita accusationum ex odio, & temeritate prefectarum, quibus Jangquangsiens nocuit certis hominibus, cumque alias similiter instruxerit culumrias, paulo ante memoratas, ipse quidem plectatur capite, uxor vero, & liberi exiles abeant in Tartariam nostram Nim-cutam. Imperator, ubi, quid comitia in hac causa statuissent, intellexerat, hanc sententiam tulit. (168) Oportebat me quidem hic subscribere sententiis vestris, ipsumque Jangquangsiensem morti addicere, verum tamen considerata hominis ætate admodum proœcta, ego pro lenitate mea, & clementia ipsum bac quidem vice mortis suppicio, uxorem vero, & liberos exilii pena absolvo. Europæos homines quinque & viginti non est necesse adduci ad aulam. Ad Christianam religionem quod attinet, excepto quidem Ferdinando, & reliquis, qui eam, sicut prius, ipsimet exerceant, licet: quoniam verendum est, ne foris in hac provincia Pekinensi, ceterisque denuo forte exstruantur templa, & suscipiantur ista religio, mando rursus expediri diploma, quibus id severe interdicatur. Cetera vero, quæ statuistis, approbo.

## §. XXXIII.

(167) Unus ex quatuor Tutoribus Imperatoris, qui rebellionis convictus morte punitus est. (168) Novissima Sinica, pag. 43.

## §. XXXIII.

Jesuitæ, cum viderent, legis Christianæ innocentiam quidem superiore decreto fuisse declaratam, prohiberi tamen se, quo minus eam cum fructu ad ceteros propagare possent, nec spes afulgeret, ut ceteri Missionarii ex Cantonensi exilio ad sua domicilia remittantur, consilium de deserenda China coepere, si omnis propagandæ religionis facultas & occasio præcideretur. Nec enim solius matheseos & astronomiæ causa, tot terra marique pericula exantlata fuisse, operæ precium videbatur. Tentandum tamen prius libello supplici Imperatoris animum statuerunt. Ejus initium a beneficiis, quibus nuper non modo innocentiam religionis declarasset, sed illius quoque ministros obstrinxisset, quin ipsi etiam *Jangquangsieno*, licet vita privandus fuerit, veniam capit is fecisset, sumtum est. Tum illato de Missionariis Cantone detentis sermone, *soli*, ajebant, *ex omnibus, Antonius*, (169) ceterique homines supra viginti, multo jam tempore vincitorum in morem detinentur in provincia Cantonensi. Observantur autem *aff due oculis mentis nostræ dicti socii*, ex quibus multi jam nati sunt annos plus minus septuaginta, vel octoginta, plures etiam quam decem, artis astronomiæ periti anno XVI. Imperatoris Xunchii, mandato ejusdem Sinas sunt ingressi, postquam nempe Concilium rituum, cuius acta nunc etiam exstant, voluntatem regiam exploraverat. Porro nos subditi tui ab ineunte jam ætate nostra res omnes, curasque

(169) Fuit is *Antonius a S. Maria*, cuius crebro alias mentio facta est. Hunc Jesuitæ, quamvis scirent eum ritibus sinicis præcipue adversari, primo tamen loco inter liberandos proposuere, ut ostenderent, se minime partium studio duci. Obiit autem is Cantone ante decreatum libertatis, & tres itidem ex Jesuitis.

que humanas abjecimus, & disciplinæ religiosæ operam damus, haustamque in Europa lucem & vitam finimus in Sinis, idque per annos prope centum a temporibus familiæ Taimingæ ad hunc usque diem. Et defuncto quidem Imperatori penitus perspectum fuit, legem divinam expertem esse labis omnis ac vitii, quocirca etiam benefice nobis concessit ipse templum, tribuit titulum foribus ejusdem præfixum, tribuit elogium marmori incisum, repetitisque vicibus Tartaro-Sinica Majestas illa accedit ad templum nostrum, & permisit nos, ceterosque sociorum commorari singulos propriis in templis ac vacare divino cultui, studioque virtutum. Obscuramus ergo supplices tam Majestatem, ut demittas in nos perennem illam, magnamque beneficentiam tuam, & benigne memor ærumnarum Antonii, ac reliquorum omni culpa vacantium, digneris permittere, ut eadem cum libertate, qua tempore defuncti Imperatoris, liceat ipsis, qui vegetioris quidem ætatis sunt, remigrare proprias ad ædes, & templa, aliis vero, qui senes, ac decrepiti, ad loca sepulturæ suæ destinata, ut sic humanitas, & benignitas illa, qua imperantis familie conditor exteroros complecti, ac fovere consueverat, per te perpetuetur. Hoc pacto si quid vitae nobis, omnibus subditis tuis, erit reliquum, id omne beneficentiae tuæ, qua nos ad vitam quodammodo revocaveris, munus erit. Iterum hic supplices imploramus sapientiam tuam, qua expendas ea, quæ modo proposuimus, & executioni mandari jubeas. Concilio quidem rituum similiter exposuimus hæc omnia scripto, sed impetrare non potuimus, ut referret ea Majestati tuæ. Quocirca nos ipsi oblato reverenter libello certiore eam facimus, ejusque regium mandatum præstolamur. (170) Misso rursus ad Tribunal rituum libello, judices bifariam divisi sunt: pars

ne

ne quidem agi de re saepius transacta oportere contendit, huicque opinioni omnes pene Sinæ subscripti pferant, pars contra, eaque minor, revocandos Cantone Missionarios censuit, sed huic sententiae qui subscriberet, nemo erat, præter Tribunalis Praesidem Schallio olim familiarem. Imperator, cum tam discrepantia judicia ceperet, neutri parti assensus mediam viam tenuit, statuitque in hæc verba: (171) Secundum ea, quæ nobis significata sunt a Ludovico Buglio, ac sociis, Antonius, ac ceteri, quos inter multi sunt annos plus minus septuaginta, vel octoginta nati, jam diu, absque culpa sua detinentur in provincia Cantonensi; ex his igitur eos, qui periti sunt rei astronomicæ, jubemus feligi, ac venire in regiam, una cum Ferdinandando commoraturos: iis vero, qui periti non sunt, gratiam facimus, ut revertantur --- singuli ad propria tempora. (172) Verum præter exercitia virtutum, cultusque divina, quæ propria religionis ipsorum sunt, haud permittimus, ut quisquam in hac, aliisque provinciis suscipiat legem istam, sed etiamnum vigere volumus superiorum prohibitionem.

## §. XXXIV.

Re huc adducta, ne quid porro Jesuitæ moverent, commodiusque tempus aucuparentur ab amicis Tartaris admoniti sunt, ita adversariis occasionem cavillandi sublatum iri, qui constantiam facile in pervicaciam conversuri, ac novam inde criminandi materiam arrepturi essent. --- Sed tu, ut video, frontem corrugas, vellesque pro impietu ferventis naturæ tuæ in aulam irrumpere, &

Im-

---

(171) Ibid. pag. 61. (172) Hæc prorsus opposita sunt iis, quæ Continuator Fleuryanus supra retulit, nempe: ut quidem ad interiora regni, atque ad suas Ecclesiæ redire prohiberentur, extra Sinas tamen abeundi, quo vellent, integrum esset. Tam supina negligentia in scriptore Ecclesiastico minime ferenda est.

Imperatoris aures novo libello supplici pulsare, unaque Jesuitas aut pusillamines, aut parum in causa religionis constantes fuisse criminari. Tempe-  
ra impetum. *Cham-hy*, nondum stabilito satis  
throne, multa Sinarum gratia in principio diffi-  
mulare debuit, qui novitiam Tartarorum domi-  
nationem nondum æquanimititer ferebant. Id cum  
Jesuitæ non ignorantem, tantisper quievere, ut  
res, & tempus suadebat, contenti interim, quod  
decreto Imperatoris ad Proregem Cantonensem ex-  
pedito, Missionariis post sex fere annorum custo-  
diam, libera ad suos, quos in fide instituerant, re-  
migrandi potestas facta esset, spe non vana ducti,  
fore, ut Imperator consuetudine *Verbiest* sensim  
delinitus, ad mitiora se flecti sineret, constabat  
enim, illius præcipue gratia Cantonenses exules ad  
suas Ecclesias remissos esse. Neque is, cum Impe-  
ratorem in mathematicis instituendum acceperat,  
ullum sibi tempus elabi passus est, quo non quæ-  
dam de mysteriis religionis nostræ, velut aliud  
agens, intersereret; quo factum, ut *Cham-hy* pau-  
latim ejus alloquio consuescens, illum, & scientias  
Europæas magni faceret, & adversarii non facile  
adversus religionem, ejusque præcones aliquid mo-  
liri auderent. Hunc in modum quies Ecclesiæ si-  
nensi utcunque restituta est, quod Pontificem In-  
nocentium XI. edocere *Verbiestus* operæ premium  
putabat: adjunxit epistolæ munuscula, Missale sci-  
tice Romanum, in sinicam linguam a se conver-  
sum, tum icones astronomicas sinensi more affabre  
elaboratas, quæ Pontifex grato animo accipiens,  
litteras paterni amoris plenas ad eum dedit, co-  
hortatusque est, ut in studio promovendæ religionis,  
nervos porro intenderet. (173) *Jucundissimum ve-*

(173) Acta de Sinensium ritibus politicis pag. I.

ro, ita rescripsit, præ ceteris fuit cognoscere, quam sapienter, atque opportune profanarum scientiarum usum, ad Sinensium populorum salutem, & ad Christianæ fidei incrementum, utilitatemque reflexeris, earum beneficio refellens falsas criminationes, & calunias, quibus nonnulli in Christianum nomen invehebantur, viamque tibi sternens ad eum gratiæ locum apud Sinarum regem, ejusque Consiliarios, ut solitus ipse gravibus molestiis, quas diu forti, magnoque animo pertulisti, socios tuos Missionarios ab exilio revocaveris, & religionem ipsam non solum pristinæ libertati, dignitatique restitueris, sed etiam ad meliora in dies speranda provexeris. Nihil enim est, quod Dei adjutrice gratia sperari non possit, tenuique similibus viris apud gentem istam religionis causam agentibus. — Reliquum est, ut merito, quod in communissima tibi provincia gerenda egregium hactenus comparasti, recentibus quotidie religiosi zeli consuetæque industrie documentis, maiorem cumulum adjungas. In quod opus omnia tibi a Pontificia charitate, & ab hac sancta sede polliceri debes, cum nihil antiquius pro pastorali nostro munere habeamus, quam Christi fidem feliciter adolescere, & propagare in nobilissima ista, & florentissima orbis terrarum plaga quæ quidem quamvis a nobis immenso pene terrarum tractu sejuncta sit, proximam tamen, imo præsentem facit charitas Christi, cuius impulsu in populorum sinensium salutem æternam solicitudinis nostræ oculos, curasque continenter intendimus. Piis interim laboribus, & conatibus tuis, tuorumque sociorum bene precamur, & paterni, quo vos, & omnes sinensis regni fideles in Domino complectimur, amoris indicem, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ 3. Dec. anno 1681. — Quid tibi de hac epistola videtur? putasne Pontificem, quemdecessorum suorum Innocentii X. & Alexandri VII. decreta de ritibus sinicis non la-

tebant, *Verbiesti*, ejusque sociorum laboribus bene precaturum fuisse, si ritus hos superstitione infestos existimasset? qua de re, ubi dominum veneris majus ocium cogitandi habebis. Ceterum idem Pontifex benevolentia Imperatotis utendum ratus ad eum quoque litteras dare parabat, verum salutare consilium, ineustum qua de causa, dilatum, non nisi post ejus obitum, dum P. Grimaldi pro novis supplementis in Europam venit, ab Alexandro VIII. resumtum est, qui quidem anno 1690. die 24. Julii epistolam ad *Cham-hy* exarari jusserrat, a P. *Spinola* ad Sinas preferendam, sed, cum hic opportunum navigationi tempus exspectat, Pontifex anni sequentis initio obiit. Quare successoris consilium Innocentis XII. eo libentius est exequatus, quo majori spe tenebatur, id rei Christianæ non parum aliquando commodare posse. Hic epistolæ tenor est. (174) *Illustri ac potentissimo utriusque Tartariæ, & Sinarum Imperatori Innocentius Papa XII. &c.* Cum nobis non minus, quam felicis recordationis Alexandro VIII. prædecessori nostro, in cuius loco immerentes licet, ad Ecclesiam Dei regendam suffecti sumus, cognita, & perspecta sint effusa supremæ benevolentiae testimonia, quibus societas Jesu Missionarios ad æternam animarum salutem indefessis studiis procurandam isthuc advenientes prosequaris, muneris nostri esse duximus, gratos hac de causa prædecessoris nostri erga te sensus a P. Francisco Maria Spinola (175), ejusdem societatis, quemque nos ob singulares illius dotes, ac prærogativas majorem in modum cordi habemus, tibi explicandos, hisce nostro nomine confirmare, nullum, que se offeret, occasionem dimissuri, luculenter declarandi, quanti celsissima, ac toto terrarum orbe celeberrima,

F 2

tua

---

(174) Ibid. pag. 7. (175) Attuli is epistolam Alex-  
sandri VIII. die 24. Julii 1690. signatam.

*zua decora faciamus.* *Tibi vero interim cum ad perfectam divinæ veritatis agnitionem, tum omnem rerum secundarum faustitatem, omnipotentem Deum propitium, faventemque ex intimis animi nostri neutralibus accurate precanur.* *Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die 2. Sept. 1691. Pontificatus nostri anno primo.* Libenter quoque litteras Alexandri VIII. recenserem, si tam prolixæ non essent, unam tamen ex his particulam, quam scio pergratam tibi fore, de Jesuitis afferam. Sane *cum hi*, ita is ad *Cham-hy Imperatorem*, qui ex *députatione nostra*, posthabitis omnibus hujus vitæ commodis, post exantlata terra, inarique innumera pene discrimina, isthuc adveniunt, non aliud sibi lucrum propositum habeant, quam publicum Imperii tui bonum, & æternam animarum salutem, ---- digni profecto sunt, quos florentissimis tuis in ditionibus supremo patrocinio tuo tuearis, atque custodias. (176) Viden Jesuitas lucrum, quod ex animabus, non item ex mercionis provenit, solitos quærere? quare palam retracta ea, (§. 9.) quæ in hæc verba vulgati: constat enim, non parum frequenter mercatoris habitu, quin & mercionis instructos, iter sibi alias impervium facere. Mercatoris habitus, & merces nihil in se criminis habent, verum Missionarios prætextu religionis propagandæ, mercionia exercere, quod tu Jesuitis satis aperie affingis, crimen est. Quare iterum te hortor, ut, si honori tuo consultum velis, id palam retractes.

### S. XXXV.

Dum Pontifices, scriptis ad *Cham-hy* litteris, Jesuitas commendant, hi nova apud Sinas persequitione exagitati sunt. Prorex provinciæ *Che-Kiang*, etsi ultimo Imperatoris edicto liberum esset Missionariis apud suos morandi, odio tamen religiosis

---

(176) Acta de Sinensium ritibus politicis &c. pag. 5.

nis actus, P. *Intorcettam* cum aliis, e sua Ecclesia, domoque, quin ipsa etiam provincia exturbari jussit, mandato per suam ditionem vulgato, quo lex Christiana plena errorum verita esse declarabatur. Thomas *Pereira*, qui defuncto interea *Verbiesto* successerat, de periculo celerrime ab *Intorcetta* edoctus, ne malum per plures provincias manaret, & ab unius audacia ceteri Proreges exemplum sumerent, initis cum collega suo Antonio *Thomas*, ceterisque sociis consilio, tum *Sofani* Principis Tartari favore subnixus, libellum supplicem præterito Tribunali rituum, Imperatori porrexit, quo contemtam Majestatem, quæ nuper legem Christianam decreto suo innocentem declarasset, & injuriam Missionariis illaram questus, obtestatusque est, ut pro ea, qua exteris complectetur, benevolentia, socios suos protegere, & Proregem a similibus cœptis cohibere vellèt. Libellus rursum pro more ad Tribunalis rituum judices missus est, qui conservandam quidem *Intorcettæ* Ecclesiam, sed religionem Christianam solis Europæis licitam esse pronunciabant. Princeps *Sofanus* videns judicum ea in re constantiam, multis apud Imperatorem egit, causamque Patrum ei commendans, magnum libello pondus adjecit, cum ei in memoriam revocasset, quantum operæ *Pereira*, cum *Gerbillonio* in nuperna cum Moscis pace in *Nimpchou* conclusa exhausisset, (177) quibus ille permotus, mandatum sua manu scriptum *Sofano* tradidit, ad rituum Tribunal perferendum. Is mentem imperantis probe assequutus, haud multo post in Tribunal se intulit, & stantes pro more Præsides allocutus beneficiaria

(177) Post varias ultro citroque injectas difficultates conclusa pax fuit anno 1689. die 3. Sept. in qua conflanda Patrum *Gerbillon* & *Pereiræ* industria præcipue enituit.

cia, quæ Jesuitæ cum alias, tum nuper in confi-  
 cienda pace Moscovitica in Imperium contulissent,  
 recensuit. *Paucis*, inquit, *abhinc diebus venit*,  
*ad vos libellus supplex Europæorum*, *quod rationi*  
*consentaneum erat*, *potentium*. *Vos autem pro mul-*  
*tis*, *ac magnis eorundem erga hoc Imperium meritis*,  
*eos pæna potius*, *quam proemio dignos censuistis*.  
*Vosne latet*, *quanto labore astronomiam nostram a cælo*  
*aberrantem*, *ad normam certam revocarint*, *quantopere*  
*ad laborarint conservationi hujus Imperii*, *dum rebel-*  
*lium provinciarum bello premeretur*? *ego ipse ad Moscos*  
*Legatus*, *oculatus testis fui*, *quanta tunc obsequia*  
*Imperio præstiterint*. *Nam ut verum fatear*,  
*neque mihi*, *neque ulli alteri*, *sed illis unice de-*  
*bentur fædera inita cum Moscis*, *tanto cum ho-*  
*nore*, *tantaque cum Imperii nostri utilitate*. *Tum*  
*ad eorum vitæ rationem*, *& religionem digressus*,  
*ad hæc*, *inquit*, *jam centum anni sunt*, *ex quo viri*  
*illi*, *sive socii eorum in Imperio degunt*, *& nullæ*  
*etiamnum de illis huc pervenerunt justæ querelæ*.  
*Pluribus ego annis*, *ut scitis*, *primum in Imperio*  
*ministrum egi*, *deque eorum agendi ratione tum hic*,  
*tum in provinciis nihil unquam prorsus cognovi*,  
*quod non multa laude dignum esset*. *Quod vero ad*  
*eam*, *quam prædicant*, *legem attinet*, *sæpius illam*  
*diligenter excussi*, *& semper bonam esse*, *ac sanctam*  
*deprehendi*: *talia sunt*, *supremum rerum omnium*  
*conditorem adorare*, *Monarchis*, *Principibus*, *domi-*  
*nis*, *atque magistratibus obtemperare*, *parentibus*  
*obsequi*, *non pejerare*, *non occidere*, *neque ullum*  
*proximo malum i ferre*, *illius uxorem ne quidem*  
*concupiscere*. *Hæc*, *inquam*, *sunt illorum præcepta*,  
*& Christiani*, *qui mihi sunt ab obsequiis*, *ea omnia*  
*accurate observant*. *Quid igitur vobis occurrit ad-*  
*versus hanc legem*, *ut eam iterato prohibendam cen-*  
*seatis*? *Si mali quidpiam deprehendisti*, *notum fa-*  
*cite*. *Nam si vere mala est*, *nec decet*, *nec est in*  
*vo-*

votis Imperatori eam approbare, at, si bona est, non possumus, quasi mala esset, prohibere. Ita loquuto Consiliariorum aliquis obmovit, tam vetusto, & nobili Imperio rem futuram dedecori, si lex extera promiscue admitteretur, cui Sosanus extemplo regessit: cur igitur totum Sinarum Imperium summo cum applausu excipit advenarum astronomiam, bellum machinas, & alia artis prodigia? sapientis est, in discernendis rebus inquirere, quid bonum, quidve malum, non vero, quid exterum, vel patrium sit: cumque alter interrumperet, atqui, si legem Christianam approbamus, brevi fiet, ut eam plerique amplectantur: velint superi, inquiebat Sosanus, cessabunt enim latrocinia, adulteria, seditiones, neque tunc opus erit, quotannis prodigere Imperatori thesauros ad stipendia tot militum milibus persolvenda, quos alere hic, & in provinciis omnibus necesse est, ad latronum, ac factiosorum hominum audaciam comprimendam. Neminne deinceps auso obloqui, mandatum Imperatoris legit, &, ne qua tergiversatio intercederet, ut vos, subdidit, hoc sublevem labore, fiatque vobis negotium expeditius, sententiam ego ipse dictabo.

(178) Hanc, ut scripta erat, *Colaorun*, quasi dicas *Ministerium Status*, Collegio tradidit, qui accito Tribunal iurum, eam unanimi consensu firmatam, Imperatori obtulerunt. Is lectam, paucis verbis, quæ Sosanus dictaverat, mutatis, ac duobus ab se additis characteribus, assentior consulto, reddi *Colais*, & per totum Imperium pro gentis consuetudine vulgari jussit. (179) Quo magis hanc memoriam imprimas, percurre illam primum tacite, tum articulatim palam lege, non te pœnitibit impensæ operæ.

(178) *Novissima Sinica* pag. 135 -- 41. (179) *Hist. générale de la Chine &c. Tom. XI. pag. 163.*

„ Supremus Tribunalis rituum Præses Cupa-  
 „ tay, & ceteri mecum judices, obedituri Maje-  
 „ statis tuæ mandato, super negotio proposito,  
 „ sententiam nostram proferimus. Nos omnes  
 „ rem sedulo discutientes, ac examinantes inveni-  
 „ mus, quod viri Europæi, invitati fama virtu-  
 „ tum Majestatis tuæ, plura dena stadiorum mil-  
 „ lia, ac immensum prope mare emensi sunt, ut  
 „ huc pervenirent. Hi vero mathematicæ Præfe-  
 „ cturam nunc obeunt, & astronomiam dirigunt,  
 „ tempore bellorum conflandis machinis gnaviter  
 „ incubuerunt: (180) missi ad Moscos egregiam  
 „ operam, sinceramque navarunt, efficientes, ut  
 „ negotium de pace feliciter concluderetur. Sane  
 „ illorum merita plurima, & admodum magna  
 „ sunt: ipsi etiam Europæi, & alii eorum socii,  
 „ qui in singulis habitant provinciis, mali nihil  
 „ omnino operantur, nullas excitant perturbatio-  
 „ nes. Tartarorum sacerdotes, uti & Boni si-  
 „ nenes, sua habent Fana, & permittitur omni-  
 „ bus, ut illa adeant, & ibi venerationem exhi-  
 „ beant thura cremantes: e contra vero religio  
 „ Europæorum, quibus mali nihil imputari potest,  
 „ prohibita jam fuit in hoc Imperio, quod quidem  
 „ videtur a ratione alienum. Par igitur est, ut  
 „ in omnibus provinciis eorum Tempa, sicut  
 „ antea semper factum est, conserventur, & omni-  
 „ bus secundum antiquam consuetudinem permit-  
 „ tatur religionem Christianam profiteri, & Tem-  
 „ pla adire, prohibitione omnino sublata. Hanc  
 „ nostram sententiam subjicimus Majestatis tuæ ar-  
 „ bi-

---

(180) Id Jesuitarum adversarii illis solent vitio da-  
re, sed reticent, tum id ab iis factum, cum  
subditi adversus legitimum dominum rebellarent,  
idque per invitos, nec, nisi post repetitas crebro  
atroces minas fecisse.

,, bitrio, ac judicamus, si ita annuat, eam in omnibus provinciis promulgandam. Cham-hy anno 31. Lunæ secundæ die 3.

Neque id solum putes; addita sunt præterea mandata ad Proreges provinciarum, quibus jubentur, non tantum ipsi Decreto huic morem gerere, sed id ceteris quoque Mandarinis communicare, diligenterque in id incumbere, ut ab omnibus accurate servetur, denique, si quid a quoquam securus fieret, confessum ad aulam referre. (181) Cum id sequenti die per urbem dideretur, Imperator nondum Patres adesse videns, admirationis plenus, ex circumstantibus quæsivit, nondum *hoc illis sufficit, exspectantne majus aliquod beneficium?* (182) Sed paulum post cum adessent, Thomas Pereira, nomine omnium, adstantibus Colais, & Principibus, gratias Imperatori in hæc verba egit. (183) *Quæ lingua condigne poterit exprimere, aut quæ mens utcunque concipere magnitudinem beneficii tam sublimis, tamque excelsi, quo Majestas tua omnibus nostris votis abundantissimum imposuit complementum? Sane hoc unicum fuerat nostrum desiderium, & ex optatissima spes, unicus scopus, quo omnes nostræ curæ, atque cogitationes diu noctuque collimabant, anxie, assidueque præstolantes felicissimum illud momentum, in quo tanti momenti libertatem assequemur, atque per hoc populosissimum Imperium veri Numinis cultum publice dilataremus. Quam ob causam, ut perspectum est Majestati tuæ, patrem & matrem, isamque patriam deseruimus, & per mille pericula hunc in orientem migravimus. Propterea, quemadmodum imenso nobis erat dolori, veri Dei legem tot inter prohibitiones velut captivam videre, ita etiam suum est gaudium, quo*

(181) Hist. génér. de la Chine &c. Tom. cit. p. 163. (182) Novissima Sinica p. 144. (183) Ibid.

hodie exultamus, ob legis divinæ libertatem. Summe veneramur in præsenti felicitate nostra Dei prouidentiam, quod omnes tribunalium ministri ad quos Catholicæ fidei causa delata est, pertinaciter repugnarent, ut totam hanc ingentem gratiam soli Majestati tuæ unice deberemus. Plurima, & singularia nobis tua Majestas contulerat beneficia, hoc tamen alia omnia longe superat, non tantum, quia per se maximum, sed etiam singulari industria tua in immensum auctum. Profecto gratia præsens tanta est, ut, etiamsi grates Majestati tuæ perpetuo agamus, & ejus assiduis obsequiis occupemur, nunquam tamen satis grati esse possimus. Cum igitur neque verba, neque facta pro debitis reddendis gratiis sufficiant, ad pedes Majestatis tuæ provoluti, iterum atque iterum nosmet ipsos, & omnes socios nostros offerimus, promptissimos nos non tantum ad omnem Majestatis tuæ nutum, sed etiam ad interpellandam divinam bonitatem, ut eidem vitam longam, valetudinem felicissimam, felixque conservet Imperium. Ad hæc Imperator paucis: optimè enimvero dicitis, quod hoc beneficium sit majus aliis omnibus, quæ hacenus vobis contuli. Monuit tamen, ut ad beneficii diuturnitatem, eo caute uterentur, & æquabili tenore rem Christianam administrarent. (184) Ita demum ad optatissimum finem perducta est, tamdiu expetita, & tot conatibus prius attentata religionis Christianæ libertas, promulgata Pekini die 5. Lunæ secundæ, anno imperantis Cham-hy 31. ætatis ejusdem 39. --- a fundatione Missionis per Patres Societatis Jesu 109. --- Domini nostri Jesu Christi anno 1692. die 22. mensis Martii. Beneficii hujus magnitudinem ipse Leibnitius, quamquam heterodoxus, non dubitavit in hæc verba commendare. (185) Certe tanta est per

se

---

(184) Novissima Sinica, pag. 147. (185) In præfat. ad Novissima Sinica.

se amplitudo finensis Imperii, tantaque prudentissimæ nationis in oriente opinio, & in exemplum ceteris valitura autoritas, ut vix inde ab apostolicis temporibus aliquid majus pro Christiana fide agitatum videatur: moxque addit: faxit Deus, ut solida, & durabilia sint gaudia nostra, nec imprudenti zelo, vel intestinis dissidiis hominum apostolica officia obeuntur, aut pravis exemplis nostrorum turbentur. Vatem fuisse audies in proximo Collegio, quod ob materiæ, quam tractabo, gravitatem longius, quam priora, producere cogar. Itaque moneo, ne jejonus adsis, una, alterave portione Americani potus te adversus inediam, & stomachi languorem fatis munies.



## COLLEGIVM V.

*Carolus Maigrot, Vicarius Fokiensis anno 1693. inconsulta Roma Decretum Alexandri VII. edito Mandato irritat: hujus probabilis causa, & præcipua capita: ritus, quos vetuit, ipse post prohibitionem exercet. Jesuitæ Pekinenses vocum Sinarum vim ab Imperatore declarari petunt: nugas Serryanæ. Maigrot mandatum suum Romanam per Procuratorem mittit, addita ad Papam epistola, in qua a se dissentit: inde bellum libellaticum in Europa ortum: hujus præcipui autores, & causæ impultrices, ob quas ritus sinicos impugnarint.*

## §. XXXVI.

**Q**uo gaudio, & lætitia Missionarii, qui hactenus velut ergastulis clausi, otio torpere cogebantur, publicatum liberatis decretum acceperint, facilius cogitari, quam dici potest. Ea tamen lætitia & præter exspectationem omnium, & ab eo, a quo id fortassis minime, certe non hoc modo, & tempore fieri oportebat, sequente anno, hoc est, 1693. cum uberrimus fructus sperari poterat, intercepta fuit. Res in hunc modum gesta est. D. Carolus Maigrot, Seminarii Parisienfis, quod exterarum Missionum vocant, alumnus exeunte anno 1684. cum aliquot sociis in Chinam appulit, & deinde vicarius apostolicus Fokiensi provinciae datus est. Is, cum novem adeo annis nulli Missio-

na-

nriorum ob decretum Alexandri VII. molestus fuisset, quin ipse etiam secundum illius præscripta Ecclesiam suam gubernasset, nullo cogitante, Roma præterita, uniusque tantum P. Varro Dominicanu (186), non auditis senioribus Missionariis, consilio usus, statuta ab Alexandro Papa VII. ratihabita, (§. 23.) & a Dominicanis, Jesuitisque per pacta conventa ad hoc tempus servata, (§. 30.) publico mandato irritavit, vetuitque, ne ullus in sua provincia illis eo usque uti ausit, quoad sedes apostolica aliter decreasset. Multi in causam tam audacis, &c., si adjuncta temporis spectentur, pa- rum etiam prudentis facti inquirebant. Fuere, qui Seminarium, ex quo Maigrotus prodiit, spiritu Arnaldino afflatum, labemque illius aliquam ei adhæsisse putarint. (187) Nam cur, inquiebant, ipse ad Pontificem scribens in hæc verba questus est: (188) *Non dubito quin Patres Societatis, uti jam fecerunt, dicant me hæreticum, & Janseniam esse;* cum Europæi Jesuitæ nihil de mandato ab se vulgato prius scire potuerint, quam in urbem allatum esset, ab sinensibus autem Jesuitis se

Jan-

- 
- (186) Id episcopus Ascalonensis in epistola ad Patriarcham Turnoninm diserte affirmat, licet duo Sinenses litterati, qui Maigrotum in lingua sinica instituerant, testarentur, P. Varro nec vim vocum sinicarum, nec sincerum earum usum fuisse assequutum. Adde, Merkwürdigkeiten zur Geschichte der Gelehrten, besonders der Streitigkeiten derselben ic. 6 Theile, S. 60. ubi hæc legas: Ihr Maigrot hatte gar kein Talent man beschuldbigte ihn insgemein, daß er nur durch einige Missionare von den Dominikanern denke, und handle. (187) In principio enim formulari, quo quinque propositiones Jansenii damnatae erant, renuebant subscribere, licet serius deinde id præstiterint. Vide Merkwürdigkeiten ic. ibid. (188) Epistola II. boni amici ad Doctorem Sorbonicum fol. 6.

Jansenistam dici, nullo documento ostendat, nec, si ita res haberet, difficile fuisse, calumniam ab se amoliri, si vel tribus verbis indicasset, se quinque capita damnatae doctrinæ Jansenii damnare. Nimis igitur occupatam, & non petitam hanc sui excusationem videri, ut ne, quod forte erat, esse videretur, idque, ut addebat, satis illo firmari, quod, quem Romam miserat cause suæ Procuratorem, cum Quesnelliánis, ut postea dicitur, intimam societatem iniisset. Sed hæc ego in medio relinquo: illud verisimilius est, Maigrotum ægre tulisse, quod sibi in vicariatu Fokiensi Jesuitam substituendum compererat. Id ut intelligas, parumper digredi necesse est. Dum Congregatio de propaganda fide Vicarios apostolicos in Chinam mittere incepit, rex Lusitanæ, qui jus Patronatus in Indiam orientalem penes se esse asseverabat, mandata ad Goanum archiepiscopum, Primatem Indiarum, & Praefectum Macaensem dedit: *ut si forte aliqui episcopi, vel vicarii apostolici a sacra Congregatione de propaganda fide, & maxime in Sinas demandati, Macaum appellerent, protinus apprehenderentur, & transportarentur in Goam.* (189) Hinc lis inter aulam Lusitanam, & Curiam Romanam exorta, ad Alexandri VIII. ætatem producta

---

(189) Id Gregorius Lopez episcopus Basilitanus in epistola ad Congregationem de propaganda affirmavit, & ego infra uberiorius declarabo. Præter jus patronatus, hæc præcipua causa fuerit, ne, si promiscue exteri per Macaum in Chinam penetrarent, hi studio nationis sensim efficerent, ut mercimonium non ad solos, ut haec tenus, Lusitanos pertineret, quod accisis istorum rebus noxiū erat futurum, præsertim, quod Hollandi semel, iterumque Macaum armis aggressi fuerint. Hinc Turnonii querelæ, quasi Jesuitæ in causa fuerint, cur aliarum, præter Lusitanos, nationum Missionarii difficulter in Chinam penetrare possint, inanes sunt.

cta est, sub quo his tandem conditionibus utrinque conventum, ut rex præter Macaensem, duos episcopatus, *Pekinensem & Nankinensem*, ad quem provincia Fokiensis pertinebat, conderet, dotaretque, neminem, qui ad has Ecclesiæ regendas mitteretur, pro episcopo habitum iri, nisi qui bullas Pontificias *Ulyssiponensi Cancellariæ* exhibuisset. Conciliatis in hunc modum pactis, rex episcopos, qui illis Ecclesiæ præessent, nominaverat, quos Pontifex suo iudicio postea confirmavit, idque archiepiscopo Goano, ad cuius jus metropoliticum illi deinceps spectarent, ex Lusitania significatum fuit. Hæc idcirco memoranda erant, ut, eur Turnonio postea Legatio male ceciderit, in numerato habeas. Archiepiscopus igitur Goanus suo jure usus, cum existimaret, nominatis & confirmatis novis episcopis, sedes Vicariorum apostolicorum vacare, P. Josephum *de Monteiro*, Jesuitam provinciæ Fokiensi vicarium præstituit. (190) Hoc plane illud tempus est, in quod mandati Maigrotiani lucubratio & promulgatio incidit. Nam decimo post die, quam litteræ, quibus *Monteiro* Vicarius declaratus est, in Ecclesiæ provinciæ Fokiensis vulgariter ex suggestu fuere, nec D. Maigrot jurisdictionem sibi tolli pateretur, is mandatum suum, commoto fortasse animo deproperatum edidit. (191) Illud hinc perspicue effici puto, Missionariis vitio dari non posse, si in hoc jurisdictionis conflictu mandatis archiepiscopi Goani parendum sibi esse putabant, quod decretum Alexandri VII. tam diu secundum juris normam, vim suam obtineret, quamdiu a sede apostolica, a qua id emanarat, antiquatum esse liquido non constaret, nec Vicarii apostolici potestas ea esset, ut, quod a supra *sede statutum erat*, suo unius arbitrio irritare possit.

## §. XXXVII.

(190) Réponsé au livre intitulé : *Extraits des assertions dangereuses &c.* Tom. III. pag. 36.

(191) Ibid.

## §. XXXVII.

Percurramus nunc compendio capita mandati Maigrotiani, quibus aliorum, qui tunc vixere, opiniones sensaque consensum subjiciam.

I. „ Statuit, ut Deus, exclusis Europaeis non, minibus, voce *Tien-chu*, hoc est, *cæli dominus*, „ appellaretur: voces autem *Tien*, id est, *cælum*, „ & *Xam-ti*, seu *supremus Imperator* penitus re- „ pellantur, nemoque ausit, asseverare, Sinas „ duabus his vocibus intelligere Deum, quem Chri- „ stiani colerent, „

De latina voce *Deus*, ne hac Sinæ uterentur, cura inutilis fuit, cum ii littera D. careant. Nec opus erat vocabulum *Tien-chu*, ad significandum verum Deum a Maigrot constitui, quando Jesuitæ omnium primi eam invexerunt, constanterque ea usi sunt, (§. 19.) licet existimarent, voces *Tien*, & *Xam-ti*, cum usus ferret, adhiberi posse. Nec nulla prorsus ratione nisi id existimabant. Præterquam enim, quod sacræ litteræ voce *cæli* pro Deo utantur, ea in classicis Sinarum libris utrique voci tributa reperere, quæ soli Deo convenient. Pauca delibabo. Liber *Chu-King* (192) ita: *Tien omnia penetrat*, & intelligit: addit glossa: *quam altum, quam sublime, & super omnia elevatum est Tien, Tien nihil æquius, Tien nihil justius, summe spirituale est, summeque intelligens, aures non habet, & nihil est, quod perfecte non audiat, oculis non aspicit, & nihil est, quod clare non videat &c. & alibi: quantumvis excelsum sit Tien, audit, & nihil ipsum latet, bonum sine mercede, malum sine pena nunquam dimitit: mox iterum: *Tien est ipsa caritas, & misericordia*: denique quotidiana quatuor librorum explicatio ab Imperatore *Cham-hy* edita: *Tien producens hominem, postquam materiam sensibilem dedit ei ad formandum corpus, tunc rectam**

ra-

rationem ei infundit ad constituendam naturam rationalem. De voce autem Xam-ti rursus liber Chu-King, (193) proprium est Hoam-Xam-ti, infundere hominibus cognitionem veri, amoremque boni, & illis concedere, ut a ratione non deflectant: magis perspicue Interpres Ta-civen in librum Ye King, quis: inquit, hæc omnia, inter quæ cœlum & terra in textu censemur, produxit? certe datur unus dominus, ac moderator, a quo sunt facta, idcirco datur Xam-ti: quibus alter Interpres Cham-tum-Kao subjungit: nempe est rerum omnium productivum principium & origo una, & spiritus, qui naturaliter ex propria, & nativa virtute procreat universa, neque scimus, ille ipse unde progenitus sit, quis possit id coitacionibus suis scrutando conjicere? Hæc de Tien & Xam-ti. Jungamus Jesuitis aliorum ordinum Missionarios, qui ejusdem opinionis erant. P. Leonissa episcopum Gregorium Lopez in lapide sepulchrali vocat, *Tien-hio-chu-Kiao*, hoc est, episcopus doctrinæ cœli: item *Tien-hio-su-to*, seu sacerdos doctrinæ cœli. Antonius a S. Maria Franciscanus in libello quem 1664. edidit, in hæc verba de Deo commentatur: *Xam-ti*, id est cœli dominus unicus, & summa Majestate, venerandus, qui in omnes res dominatur, easque regit. Eodem modo P. Pinuella ejusdem ordinis, vocibus *Tien*, & *Xam-ti* promiscue pro Deo utitur; quid quod etiam Iudæi Sinenses sua *Elohim*, & *Adonai*, per *Tien*, & *Xam-ti* exprimere solent? (194) Ex his argue, an non Sinæ per has voces eum Deum intelligent, quem Christiani colunt, & num D. Maigrot in classicis Sinensium libris non fuerit peregrinus? quod si is censebat voces *Tien*, & *Xam-ti*, propterea a Chri-

(193) Cap. Tang-Kao. (194) De his vocibus prolixè agunt, Noel in Philosophia sinica, & le Faure in dissertatione theologico-historica de vita Sinarum pietate erga defunctos, & Confucium. Parisii 1700. G

Christianis adhiberi non posse, quod eæ ab idolatria excusari non possint, consequi necesse est, nec vocem *Tien-chu* adhiberi posse, quod ea idolatræ ad significanda sua idola utantur. Nec illud te movere debet, quod contribules D. *Maigrot* contendant, *Tien* solummodo cœlum materiale, vel vim activam illi inditam significare, proin ad significandum verum Deum adhiberi non posse. Etsi enim id illis tribueretur, judicabant tamen illius temporis theologi, id non obstare, quo minus ea vox ad indicandum verum Deum converti possit. Si enim, ita rationem secum initiant, tempore Apostolorum primi Christiani vocem Θεος, qua Græci, & Latini Saturnum, Jovem, reliquumque deorum gregem indicabant, sine erroris periculo ad significandum verum Deum traducere poterant, cur non primi in China Christiani vocem *Tien*. quamvis daretur, ea cœlum materiale, aut insitam illi vim activam indicari, non potuisse sine erroris periculo ad exprimendum verum Deum, quem Christiani colimus, itidem traducere? quid enim interest, cœlone materiali, an statuis ex aere fusis, aut lapide formatis, divinitatem tribuas?

### §. XXXVIII.

II. „ Statuit, imo vetuit, tabellas, quibus „ voces *King-tien*, hoc est, *cœlum colito*; in ulla „ Ecclesia deinceps appendere, &, ubi appensæ „ essent, afferri jussit, partim quod eæ ab ido- „ lolatria excusari non possint, partim quod experien- „ tia sibi constaret, eos Missionarios, quorum Eccle- „ siæ tabellis illis carerent, non minorem, quam „ alios, laborum suorum fructum percipere. „

Quod ad tabellam cum inscriptione *King-tien* attinet, ejus origo hæc fuit. Cum Imperator *Cham- hy* anno 1675. Collegium Pekinense inviseret, ac in cubiculo P. Ludovici Buglio paululum mora- retur, arrepto pennicillo dictas voces exaravit, mo-

re-

reque sinico dedit in tabella publice exponendas.  
 Has Mandarinorum indultu non solum Jesuitæ, sed  
 aliorum etiam ordinum Missionarii per reliquas pro-  
 vincias sparsi, Ecclesiis suis præfigebant velut scu-  
 tum adversus ethnicorum infestationes.. Incredibi-  
 le enim dictu est, quanta veneratione id Sinæ pro-  
 sequantur, quod ab Imperatore, ejusque benevo-  
 lentia profectum sciunt. Quod vero tabellæ hæ ab  
 idolatria excusari non possit, verum est, si *Tien*  
 nil aliud, quam materiale cœlum indicat, cuius  
 tamen contrarium paulo ante ostensum est. Itaque  
 nihil hic quidem causæ fuit, cur has tabellas sua  
 autoritate vetaret, multo autem minime, ut eas  
 juberet afferri, quod apud Sinas, ut exemplo *Jang-*  
*quang-seni* liquet, (§. 32.) capitale est. Objice-  
 re autem, dubia adhuc, & per sedem apostolicam  
 nondum declarata causa, tam aperto periculo evan-  
 gelii præcōnes, & fideles, non erat profecto indi-  
 cium zeli cum prudentia conjuncti, cum jam olim  
 Concilium Iliberitanum statuerit, (195) eos non  
 recipi in numerum martyrum, qui confractis ido-  
 lis se, & Ecclesiam gravissimæ tempestati impruden-  
 ter objecissent. Nec erant tabellæ hæ in causa,  
 cur Missionarii laborum suorum fructum percepe-  
 rint, si quidem jam ante annum 1675. cum eæ non  
 dum extarent, iidem fructu laborum suorum non  
 carebant, ipso Navareta teste (196) qui eos, quos  
 alii religiosi ad Christum adduxere, instar atomi esse  
 affirmat, si cum iis, quos Jesuitæ sacris undis ab-  
 luerant conferantur. Dominicanis enim & Fran-  
 ciscanis universe tribuit millia tredecim, cum interea  
 P. Brancati Jesuitam quadragies mille Christianos  
 numerasse testetur.

III. „ Statuit, Quæsta super capitibus Ale-  
 „ xandro VII. proposita, multis in rebus non esse  
 „ veridica, proinde Missionarios iis niti non posse,

G 2

„ ad

„ad usitatum apud Sinas Confucii & progenitorum cultum permittendum. „

Mirum est, hæc ab homine apud Sinas novitio, & in libris classicis, ut postea dicetur, non multum versato, tam fidenter affirmari. Una, alterave ratio saltem promenda fuit, cur illa quæsta non esse veridica censuerit? at veridica fuisse affirmarunt antiquiores Maigroto Missionarii aliorum ordinum, licet prius in eadem cum illo sententia fuerint. (§. §. 29. 30.) Hinc licet conjicere, D. Maigrot ea, quæ ante suum in Chinam adventum inter Missionarios transacta erant, ignorasse, aut de industria voluisse lites inter Missionarios jam pridem sotitas, nullo religionis fructu suscitare, quod an Vicario apostolico dignum sit, alii existiment, cum hac ratione quæcunque apostolicæ sedis decreta possint vana, & inutilia reddi.

### §. XXXIX.

IV. „ Vetus, ne Christiani solemnibus, quæbis quotannis Confucio, & defunctis progenitoribus fuent, ceremoniis præsint, aut interfint. „

Hæc prohibitio supervacanea fuit, cum jam olim Riccius, ceterique Jesuitæ a fundata missione eas Christianis, ipso Navaretla teste, (§. 30.) veterint, qui eidem, quo Jesuitas insectatur, operi non dubitavit hoc testimonium inserere: (197) *in disputando cum Jesuitis*, scilicet in exilio Cantonensi (§. 29.) didicimus nos Dominicani, Franciscanique, nunquam permisisse Patres Societatis, suis neophytis interesse duplici huic solemniore ceremoniæ, et si plerique eorum judicarent, hanc non esse sacrificium. Quas ergo umbras D. Maigrot hac prohibitione insectatur? nam ut eas ethnici vetitas esse vellet, ridiculum erat futurum. Erant, qui suspicabantur, fuisse in Europa quoddam genus hominum, qui Maigrotum per lit-

te-

---

(197) Ibidem pag. 12.

teras subornarint, ut litem, dudum ante scepitam, Romæ instauraret, sive hac re Jesuitis cupiebant ægre facere, seu occasione suscitatae litis quiddam aliud spe præcipiebant. Mihi, si ea, quæ deinde clam in Europa sunt acta, cum iis, quæ apud Sinas palam struebantur, conferam, posterius vero proximum esse videtur, quemadmodum ex rerum consequentium narratione patebit.

## S. XL.

Prius, quam ad reliqua mandati Maigrotiani capita veniamus, locus omnino postulat, ut de ritibus, quibus Sinæ Confucium, & defunctos progenitores honorant, pauca dicamus. Duplex est apud Sinas litteratos Confucium colendi genus: minus solenne alterum, alterum solenne. Illud possum est in salutationibus quibusdam officiosis, quæ gentis more exhibentur coram tabella, Confucii nomine iuscripta, capite sèpius ad terram usque demisso, quod quidem tertio quoque anno fit, dum Doctoris, aut Baccalaurei gradu donantur. Atque hoc genus ipse Navareta a superstitione vacuum, innocuumque, dum Cantone cum Jesuitis exulareret, pronunciavit. (198) Suppono, ajebat, quod est certissimum, gradus baccalaurei & Licentiati non conferri in templo Confucii, neque in aula, quæ Hui-lun-tan dicitur, neque in eo toto cœdificio quod appellant Hio-li, academiam vel scholas. Ille lud ipsum dico de examinibus: hæc enim sunt in peculiaribus locis, qualia habentur in civitatibus & metropolibus, atque ibi examinatorum, atque approbatorum nomina publice in tabulas descripta suo singula ordine primo, secundo, & tertio exponuntur, atque ita, & ex vi istius actionis censentur ad gradus proiecti, suoque gradu, & dignitate fruuntur, neque necesse est aliam rem ullam adhibere. --- Tertia fit ab iis, qui ad gradus sunt admissi: nimirum illi

condic̄ta die ad Pr̄etorem (199) conveniunt, atque ille cum iis omnibus ad pr̄dictum Sacellum (200) progreditur, ibique eos veluti brachio litterario tradit, unde jam immunes fiunt, ut ita dicam, a brachio seculari, veniuntque in potestatem eorum, quos appellant Hio-quon, sive studiorum Rectores. Ibi se ante Co. fucii altare prosterunt, atque odoramenta offerunt in prunariis, gratias agunt pro excellenti ipsius doctrina, seque discipulos ejus profidentur. Unus ex iis alta, & clara voce recitat orationem plenam rhetorice flosculis; quibus peractis domum redeunt omnes, atque inde eorum nomina libris regiis inscribuntur, & sic immatriculantur. Ad eum fere modum, quo in Academiis gradus Baccalaurei, aut Doctoris olim in Philosophia conferri solebat. Alterum genus colendi Confucium solenne est, & sexto quoque mense redit, ac tunc, pr̄ter salutationes officiosas, cremantur odoramenta ante ejus tabellam, accenduntur cerei, offeruntur vinum & carnes, iisdem fere ceremoniis, quibus alias quoque Sinæ utuntur, cum nobilem quempiam, & primariæ dignitatis virum splendido cum apparatu mensa accipiunt. Hoc genus ceremoniarum, quod Ci Confucianum dicitur, sive vacet superstitione, sive superstitioni sit affine, nemo unquam Jesuitarum,

(199) Alibi, & rectius Cancellarium vocat, more apud Europæos recepto. El magistrado, ait, real llamado Ti-hio-tao, este es el Canciller, maestro escuela y el todo &c. (200) Id, ut paulum infra altare improptie sumi debere, ex gradu litterario, qui nequaquam astus religionis est, patet. Et ipse Navareta Num. 7. suorum dubiorum, id vocat, quasi capellam; cuius janua hanc inscriptionem, templum sapientie, vel eloquentie præfert. Hay una como capilla, inquit, à qui se sube por sus grados, sobre la puerita està este rotulo Ven-miao, esto es templo de la Sabiduria o eloquentia.

rum, Navareta teste (§. 39.) litteratis Christiani admisit. Fuere tamen, qui prius illud, minus solenne rituum genus superstitione inquinatum affirmarint. Eorum hæc momenta sunt. Locus, in quo ritus peraguntur, *templum*, vel *capella* est, propterea, quod idololatræ sua etiam Fana voce *Miao* appellant. Sed considerandum erat, vocem *Miao* ex sua institutione, & antequam idololatræ in Chinam venissent, palatum, aulam, gymnasium, & Scholam significasse, (201) proinde abusus ab idololatris inductus, parum prudenter ad litteratos Sinenses traducitur. Adde, quod locus, in quo honores Confucio exhibentur, non simpliciter *Miao*, sed addito *Ven* dicatur *Ven-Miao*, (202) hoc est, ut paulo ante ex Navareta memoravi, vel *templum*, vel *aula sapientiæ*, aut *eloquentiæ*. Hinc liquet, nec mensam, in qua Confucii tabella exponitur, *altaris*, nec accensa odoramenta cereosque, *Sacrificii* rotationem habere, cum Sinæ nullam in Confucio numinis partem agnoscant, illumque eo modo colant, quo colere solent vivos magistros, nemo autem sanus sibi persuadebit, ut Sinas vivis hominibus sacrificare credat. De oratione, qua Confucii laudes celebrantur, quamve adversarii *pias preces*, quibus doctrinæ augmentum, & felicitatem Sinas petere arbitrati sunt, non opus tricari, cum vel ipso Navareta teste, nihil aliud, quam panegyrim rhetorics flosculis exornatam complectatur. Superest, ut de inscriptione

G 4

Xin-

(201) Vocabularium *Chin-cu* diserte vocem *Miao* explicat per palatum, aulam, gymnasium, vel scholam. Et rituale *Ly-ki*, Lib. 5. constituit quatuor *Miao*, in quibus Imperatores pro varia anni tempestate solebant habitare, quis autem sibi persuadebit, Imperatores in templis habitasse? (202) *Gregorius Lopez* in suo Tractatu de ritibus sinicis, positione 3.

*Xin-guei*, quam Confucii tabella refert, aliquid itidem dicam. Hanc P. Leonissa Congregationi de propaganda hoc modo interpretatus est: (203) *Sedes Spiritus sanctissimi, vel sapientissimi protomagistri*, quæ verbis sinicis est hujusmodi: *Chi-xing-sien-tu-Kung-chu-xin-guei*, licet affirmarit, vocem *Xing* aliquando significare *sapientem*. Itaque arguebat, Confucium haberi a Sinis inter sanctos, a quo aliquid petant, & sperent. Verum Gregorius Lopez episcopus, cui in doctrina sinica nemo Europæorum, qualis & Leonissa fuit, facile comparandus erat, (§. 24.) longe aliter de *Xin-guei* commentatur. Hæc sunt illius: (204) „ refert Historia regni sub imperio primo *Han*, regem „ *Hu-Kao-chu*, dictique regis ultimos abnepotes „ & his remotiores, prædictum Confucium titulo „ *Kung*, seu *Ducum* titulo donasse, quod certe „ fuisset ridiculum, si pro numine, vel *Xin*, seu „ sancto apud Sinas haberetur. Nota, quod opiniione mea vox *Xin*, non significat hic *sanctum*, „ sed *sapientem*. Ad quod breviter demonstrandum, dico, ipsum *Mem-chu* (Memciūm) habere titulum *jo-xing*, quod est, *secundus sapientissimus*, & tamen nemo dicit hunc pro sancto haberi: ergo in eodem sensu, quo intelligitur *Xin* de *Mem-chu*, intelligendum quoque est de Confucio. Item alios inferiores, ac secundæ sapientiæ vocant *tien*, non autem *Xin*, Doctores autem vocant *tien-ju*, atque ita sensim attollunt titulos sapientum, ac litteratorum, nulla sanctitatis mentione facta: ergo in eodem sensu, quem dant titulis secundi sapientis, & sequentium, intelligendus est titulus primi sapientis Confucii, ne extra lineam gradationis, seu or-

(203) Quæsto IV. sacræ Congregationi proposito  
(204) Tractatu de ritibus sinicis Positione IV.  
circa medium.

„ ordinis sapientiae prolabantur. „ Hæc ille de vocibus *Xin-gvæi* De Confucio autem mox subdit: *Confucium quod attinet, dico, non tantum veteres, sed & modernos, & præsentes nequaquam ab eo pertere, aut sperare quidquam.* Hæc, ut ab iis quæ Leonissa sacræ Congregationi proposuit, longe diversa sunt, ita ob linguae sinicæ, qua Lopez imbatus erat, peritiam majoris etiam momenti esse videri debent, proinde illud, *sanc*tissimi ex Confucii tabella exterendum, & sapientissimi substituendum.* Huc faciunt Dominicanorum, qui apud Sinas Missionarii erant, luculentissima testimonia, ut Joannes de *Paz*, magni nominis Manilæ theologus, ex eodem ordine fidem facit. (205) Referunt, ait, religiosi nostri ordinis, quod Sine*c* Christiani regulariter non audent, negare Confucio reverentiam, quæ ei tamquam magistro exhibetur, timentes murmurationem, & indignationem gentilium, & ne forsan ob hanc causam eis gradus denegetur, & tamen non timent, ei denegare divinitatem. Hæc enim ratio urgenter probat, quod in regno Sinarum vel lege regni vel generali acceptatione exhibetur Confucio reverentia tamquam magistro, quam omittere nequeunt absque gravi nota animi ingratii, & inobedientis legibus regni, & similiter ostendit, quod nec communii acceptatione, nec lege regni datur Confucio cultus religiosus, neque divinitas, neque potestas aliqua ei attribuitur. Referunt, quoque nostri religiosi in praedicto regno Sine*c* habitantes, quod, cum quidam Christianus coram pluribus infidelibus protestationem fecisset, se reverentiam exhibere Confucio, præcise ut magistro, nullamque in eo agnoscere divinitatem, infideles protestatione Christiani ad risum excitati dixerunt: „ forsitan aliquis nostrum, Deum existimat „ Confucium aut in eo potestatem hominibus au „ xiliandi fatetur? homo fuit similis nobis, & il „ lum, ut magistrum veneramur, ob excellentem*

, doctrinam ab eo nobis relictam. „ Tum ita concludit : necessario ex dictis sequitur, Confucium juxta communem Sinarum persuasionem non haberi ut Deum, neque credi, hunc aliquid posse : proinde necessario quoque sequitur, minus solenne hoc ceremoniarum genus, Confucio a litteratis exhiberi solitum, nihil religiosi cultus, itaque nec idolatriæ, neque superstitionis notam in se continere. Vocem quoque *sedes*, quasi Confucii spiritus in tabella resideret, cum ei honores exhibentur, non rite a Leonissa explicatam fuisse, sinicus Interpres *Fam. xi* perspicue declarat, cujus hæc interpretatio est :

(205) *Spiritus carent quantitate, nec circumscripti sunt loco, ergo non habent locum ac sedem, adeoque quod dicitur in textu Xin-gwei, spirituum sedes, non horum, sed hominum viventium illa sedes est, nempe creixerunt locum, in quo homines defunctorum memoriam recolerent.* Hæc de cultu, qui Confucio exhibetur.

### §. XLI.

Ab hoc differt ceremoniarum genus, quo Sinae defunctos progenitores venerantur ; illud enim soli litterati, hoc omnes ab Imperatore ad infimum vilissimæ plebeculæ, secundum regni constitutionem peragunt. Mos vero hic est, ut primum quis moritur, cadaver in aula domus collocatur simul cum defuncti, si opulentus fuit, imagine, sin contra, cum tabella, cui nomen & dignitas mortui inscribitur : in hanc aulam convenienter consanguinei, & amici, ferentes vulgo duas ceræ candelas, & odramenta, quibus omnibus mensæ impositis, in genua more regionis procumbunt, humum quater fronte contingendo, ac mox domum discedunt. Id secundum libros eorum classicos propterea fit, ut ostendant, se defuncti causa dolere, & ut consanguineos in luctu consolentur. Præter hæc, dum cadaver adhuc domi jacet, aut terræ mandatum est,

so-

---

(206) Apud Brancati de cultu Sinensium Nota VIII.

solent ante feretrum, vel sepulcrum etiam cibos cum fructibus ponere, tamquam defuncti adhuc in vivis essent. Postrema hæc multi superstitionis accusarunt, rati, Sinas existimare animas defunctorum ad præsentiam ciborum comparere, eosque delibare. Hos non melius, quam verbis episcopi Gregorii Lopez refutaveris. (207) *Scire te oportet,* ait ille, *in legem transisse, omnibusque Sinensibus fuisse probatum sequens Co fucii dictum:* serviendum est defunctis eo modo, quo vivis. --- *Itaque notandum, quod moris est apud Sinas, invitante in vitatis præcipue in conviviis solemnioribus, quosdam cibos delicatores, vinum, & Cha,* (208) *quæ est potio in Sinis usitata, propriis manibus, reverenterque offerre.* Item in honorem hospitum animalia quædam occidi, & hoc juxta gradum & dignitatem invitantis, & hospitium, ut videre est in libris Ly-ki conviviique tempore odores crenari, musicam adhiberi, prostrationes vero, inclinationesque profundæ inter Sinenses honoris causa communiter sunt inter quales tum ab inferioribus erga superiores. Ex his intert, quemadmodum hæc vivis fieri sine nota superstitionis constaret, ita mortuis quoque sine superstitione secundum axioma Sinentium exhiberi posse, nec ulli Sinarum venisse in mentem, ut crederet, cibos propterea apponi, ut iis anima defuncti vescentur, pro quo declarando utitur autoritate Doctoris Chim-ho, qui institutionis hujus causam his verbis declarat: *quis unquam vidit, defunctum aliquem rediisse ad edenda sibi oblata? neque sit hæc oblatio, nisi ad declarandam, sive conservandam gratam memoriam ejus principii, a quo quis genitus est, & hæc fuit intentio regum antiquorum, qui eam in-*

---

(207) Tractatu alias laudato Positione III. (208) Id est, potio herbae, quam *The vocamus: hanc Tartari laete permistam urbanitatis causa hospitibus offerre solent.*

*instituerunt.* Cesso reliqua, quæ is illic in hunc finem coacervat, classicorum librorum testimonia promere, unius solum, quod Confucii est meminero: (209) *quæ omnia*, inquit, *ad detinendos subditos in debita obedientia, instituta fuere.* Quo sit, ut hoc ceremoniarum genus ad Politicam sinicam pertinere videatur, apud quos cum Imperator in patris, subditi vero in familiæ illius loco sint, vis omnis ad immensam hanc multitudinem regendam, & in mutua concordia servandam, in obedientia filiorum erga parentes consistit, ad quam fovendam, eo modo mortuos, quo vivos observare jam a primis ungivculis instituuntur. — Jam, cum tuos in disciplinis theologicis olim institueris, cuperem ex te scire, utrum hoc ceremoniarum genus, quod Sinæ *Ci* dicunt, superstitione infectum existimes? quamquam quid ego ex te quæro, qui vocis *Ci* aliquotios quidem memineris, (210) sed nusquam, an eam intelligas, (211) addideris. Si vacat, veni, & ceremonias, quas Galli defunctis suis regibus exhibent, mecum paulisper considera, & miraberis eosdem iis honores haberi cibatus tempore, quos vivis habebant. Tunc enim dapalis mensa luculentissimo conopæo mensario supposita instruitur mappis, pane, quadris, cultro, paratu reliquo. Prostet abacus panarius, suo instructus apparatu, poculentarius abacus, sua congestus supellecstile: palatini accensi quatuor dapiferos regiam ad lautitiam prægressi, regis mensas flexo poplite de more salutant &c. deinde archidapifer ferculum manu præfert, pone sequuntur dapiferi comites &c. illatis in mensam ferulis, mantile palatino magistra traditur, quasi ab eo regi porrigendum: tum supremus eleemosynarius men-

(209) In Ly-ki cap. Tang-ki. (210) Pag. 385. & passim alibi. (211) Vox *Ci* apud Sinas latissimi significatus est. Brancati de cultu Sinensium Nota XVII. ultra quindecim affert.

mensæ bene precatur; sedes defuncti regis mensæ ad-  
stituitur, adstant pone sellam non nulli e medicis,  
e primarii quidam Praefules, ac turba popularis,  
pompam mensæ regalis aspectantes. Praedictæ sellæ,  
tametsi vacuæ admoventur lances, e dapes, ad po-  
tum afferuntur calices, ac deum pelvis ad mensæ  
finem, quasi ad lavandum manus, importatur. (212)  
Hæc, ut vides, ritibus finicis simillima sunt, nec  
tamen propterea Gallos superstitionis argues, quod  
ea ad politiken spectare nullum dubium sit, atqui  
supra ex Lopez episcopo audisti, Sinas hæc eadem  
defunctis suis progenitoribus, non religionis, sed  
urbanitatis, & gratitudinis causa præstare, & ta-  
men D. Maigrot hæc sua unius auctoritate, non  
consulta Roma, Sinis vetuit, licet ipse sexto post  
prohibitiohem anno eosdem ritus, quos Sinæ Tiao  
vocant, in funere Mandarini palam exercuerit.  
Hujus tellem habeo Visdeloum Jesuitam, quo epi-  
scopo jam facto cum adversarii libenter adversus  
Jesuitas uti soleant, licebit & mihi eodem pro iis  
uti. Affero illius verba: (213) *illusterrimus D.*  
*Maigrot episcopus Cononensis, hujus provinciæ Vi-*  
*carius apostolicus in hac metropoli Fo- cheu-fu,*  
*anno 1699. mense Novembri 25. ad Mandarino*  
*nomine Chi-gwei-chim, 17. ejusdem Novembri vi-*  
*ta functio justa persolvenda, ex urbanitate mera*  
*se contulit: Aulam ingressus ante predicti Manda-*  
*rini effigiem, quæ ante feretrum supra mensam in*  
*altaris similitudinem, cum frontali, cum candelabri-*  
*cum floribus, odoramentisque de more exorna-*  
*ta dependebat, funebri indutus amictu, candelas,*  
*odorarios de morte paxillos, qui hic loco thuris*  
*adolentur, venerabundus obtulit, deinde ad mensæ*  
*tatus aliquantulum deflectens, quater genu flexit,*

to-

---

(212) Pomey in Libitina cap. 8. (213) La verità  
e l'innocenza de' Missionarii della Compagnia  
di Giesù nella Cina &c. pag. 167.

*totoque corpore ad terram usque procumbens, solum capite quater feriit, nullaque facta protestatione discessit.* Nec ipse, id a se factum, negavit neophytis die 18. Aprilis anni sequentis, addens cultum hunc mere civilem esse. (214) Facile hinc conjicies, quo zelo D. Maigrot actus fuerit, cum ritus finicos Romæ tamquam ad cultum religiosum spectantes accusaret, quos tamen ipse in China velut mere civiles exercuit. Videamus nunc ejusdem reliqua.

### §. XLII.

V. „ Statuit, ut, si tabellæ, quas Sinæ in honorem defunctorum domi servant, tolli non possint, sublatis litteris *Xin-chu xin-gvei*, nomine defuncti iis inscribatur, servata ad summum littera *gvei*, unaque majoribus characteribus ad datur, quæ sit Christianorum de defunctis fides, & quæ filiorum in progenitores pietas esse debat. „

Credebat nempe, Sinas sibi persuadere, defunctorum animas in iis tabellis residere, characteres *Xin-gvei*, hoc est, *sedes spiritus*, sensu literali sumens, cum tamen Sinæ illos instar imaginis, & similitudinis, proinde sensu tralatitio accipient, ut episcopus Lopez ex Commentario in librum *Ly-ki* testatur. (215) Commentarii verba sunt: *causa faciendi dictam tabellam, est, quia cum anima, seu spiritus defuncti invisibilis sit, aliquid visible requiritur, ad excitandam memoriam parentum in filio, ubi cor filii conquiescat, seu innitatur, ad quod respiciat, cuius aspectu consoletur.* Ad eum ferre modum, quo in Europa Majorum imagines me-

mo-

---

(214) Ibid. pag. 163. testimonium subscriptum est a Notario apostolico, & pag. 170. assertur eadem de re testimonium Commissarii ordinis S. Francisci. (215) Tractatu de ritibus finicis, Positione V.

moris causa assevari solent. Sunt igitur tabellæ hæ pure *repræsentativæ*, ut Lopez ait, cuius causam repetit ex *Ly-ki* libro VIII. nimurum, *ut filii nunquam obliviscantur eorum, a quibus geniti fuerunt*. Si D. Maigrot scivisset, tres in China seetas dari, nempe atheorum, idololatrarum, & litteratorum profecto nunquam per suum Procuratorem Congregationi de propaganda repræsentasset, animas defunctorum in his tabellis residere. Athei enim animas ipsa morte extingui judicant: idololatræ metempsychosim credunt, itaque pro diversa vitæ ratione aut in homines, aut in bruta migrare: litterati alia probis, alia improbis animabus loca figunt; eas vero, quæ mediæ inter has sunt, spargi per aërem, & instar vaporis, aut sumi dissipari censem. (216) Cum igitur omnes animæ designatas sibi jam stationes ex Sinarum placitis habeant, non video, quæ in tabellis residere possint, nisi quis putet, eas, quæ instar vaporis dissipatae sunt, rursum coagmentari, & ad illas redire, quod ridiculum est. Hæc, ut etiam me non monente, intelliges, exiguam D. Maigrot in litteratura sinica notitiam produnt, quam tamen Continuator Fleuryanus miris laudibus extollit: *Carolus Maigrot, ait, Sorbonicus Doctoꝝ, qui inter Sinenses longe peritissimorum magisterio se mancipans, per integras viginti annos impigro labore sinicos libros evolvit, ac idiomatis vim assequi studuit, demum rursus a summo Pontifice Sinas missus, atque in Vicarium apostolicum Fokiensis provinciæ nominatus, hoc anno (1693) die 26. Martii sequens promulgavit edictum.* (217) Quam miserum sinicæ linguae experimentum dederit, suo loco audies, hic illud, velim notes, scriptorem hunc sibi persuadere, Maigrotum semel, atque iterum in Chinam veni-

(216) *Responsio P. Furtado ad quæsita Joan. Bapt. Morales* pag. 30. (217) *Hist. Eccles. Tom. LXVI.* pag. 408.

nisse, primum, dum ex regno Siamensi illuc penetraverat, dein, ubi Roma a Pontifice Vicarius apostolicus renunciatus ad Sinas rediit. Cum D. Maigrot jam in mandato suo anni 1693. se Vicarium apostolicum profiteatur, necesse est, ut Romanum illius iter locandum sit inter annum supra dictum, & annum 1684. quo, ut alias docui, (§. 36.) in Chinam venit. Credibile autem non est, illum eodem, quo Chinam ingressus est, anno Romanum ivisse, itaque demus huic itinere annum 1685. ad id ultro citroque obeundum, tres, ut minimum dicam, annos requiro, hinc in Chinam cum potestate Vicarii apostolici redditus affigi debet anno 1688. aut sequenti, quis autem credat, hominem quatuor, quinqueve annorum spacio, tot enim sunt, si Maigrotum facias ex China Romanam concessisse, & rediisse cum prærogativa Vicarii apostolici tantum in litteratura sinica profecisse, ut nolter Continuator aliis persuasum cupit? nec poitea, usque ad annum 1708. quo Iusſu Imperatoris regno exactus est, Romanum profectum esse constat. Anno enim 1694. misit in urbem D. *Charmot*, causæ suæ Procuratorem, quod utique supervacaneum erat, si ipse Romanum ivisset, anno autem 1699. ut paulo ante audisti, memoriam *Tiao* exhibuit defuncto Mandarino, & anno 1706. Patriarcha Turnonius illum e provincia Fokiensi Pekinum accersivit. (218) Quare Romanum Maigroti iter purum putum scriptoris hujus figmentum est, aut, si non est, profecto ostendit, quam sit vel peregrinus in rebus sinicis, vel dedita opera quædam reticeat, quædam rursus tribuat illis, ad quos minime pertinent

---

(218) Ita enim Pekino Cantonem die 18. Maji anno 1706. ad quemdam Missionarium apostolicum scripsit: *Prima, che ella riceva questa mia, avera probabilmente ricevuto così M°signor di Conon, da me viene aspettato con ansietà. La verità e l'innocenza de' Missionarii &c.* pag. 126.

nent, sive id desidiam, seu malevolentiam dicas. Ac hujus quidem insigne documentum dedit, ubi de libertate Christianam religionem amplectendi a Cham-hy Sinis concessa agit: hæc enim isthic legas: (219) *hanc animi (Imperatoris) dispositionem dextre in rem suam vertebant Missionarii sinenses, præcipue ii, qui, ut memoravimus, post Constantini obitum e Siamensi regno ejeciti, ad sinense Imperium contenderunt.* Vide sis hominis astutiam, ne cogetur fateri, libertatem religionis Christianæ per Jesuitas, Principis *Sofani* potentia subnixos (§. 35.) impetratam esse, fingit eorum *præcipue*, qui ex Siamensi regno ejeciti in Chinam venere, Missionarium opera id effectum esse. Ejecti sunt, ut is scribit, (220) anno 1688. quarto autem post annum libertas religionis concessa est. Confer hæc & argue, an homines in China novitii, morum, & linguae gentis ignari, nec ullius in aula admissionis, remoti Pekino, & hactenus obscuri, id efficere potuerint, quod *Pereira*, & Antonius *Thomas* Jesuitæ, quorum nomina libellus pro libertate religionis impetranda, in ipsa fronte præfert, effecere? (221) quos certum est, nunquam Missionarios in Siamo fuisse. Neque id satis, etiam illa, quæ *Sofanus* in Tribunali rituum pro religione peroravit, scriptor hic Imperatori perperam tribuit, (222) & ex eo, qui peroranti *Sofano* obloquutus est, plane Bonzium creat, (223) parum memor, neminem ex hoc hominum genere ad illum Tribunal in China cooptari. Habes scriptoris hujus sphal-mata: redamus ad Maigroti mandatum.

## VI.

(219) Hist. Eccles. Tom. eod. pag. 74. (220) Hist.

Eccles. Tom. LXV. pag. 593. (221) Novissima

Sinica pag. 110. (222) Hist. Eccles. Tom. LXVI.

pag. 75. (223) Ibid. pag. 76.

VI. & VII. „ Deinque vetuit, ne quis dicat, philosophiam sinicam, si recte intelligatur, nihil adversum Christianæ legi continere: Item nomine *Tay-kie* veteres Sinas, intellexisse Deum, causam primam rerum omnium: item cultum, quem Confucius spiritibus exhibuit, civilem potius, quam religiosum fuisse: rursus librum *Ye-king*, summam esse optimæ doctrinæ physicæ, postremo denique caverent Missionarii, ne Christiani sinicos libros, qui atheismum, & superstitiones continent, in auditorum animos infundant.

Multa hic partim falsa, partim supervacanea sunt: ex illo genere sunt, philosophia sinica, nomen *Tay-kie*, & cultus a Confucio spiritibus exhibitus. Nemo enim Jesuitarum hujus unquam opinionis fuit, aut, si de iis commentatus est, Sinarum, non suam, sententiam in scripta retulit: nec ullus eorum vocem *Tay-kie* pro Deo, causa prima rerum omnium interpretatus est, cum ea vox veteribus primum principium materiale, sicut *Xanti* Deum, causam primam rerum omnium significarit, (224) hinc eidem voci addiderunt *Ki*, hoc est, *spiritum flantem*. Ex supervacaneo autem genere sunt, liber *Ye-king*, & qui atheismo, ac superstitionibus infecti sunt: illum enim pauci, etiam ex eruditissimis legere norunt, pro his vero Jesuitæ substituerunt alios, qui de religione, hujusque mysteriis copiose, & accurate tractant, ut Navaretia rei veritate convictus testatur: (225) *mihi quidem*, ait, *libri sinice a patribus Societatis editi, non bene tantum, sed optime scripti vi entur: laborem laudo, eruditionem admiror, grates ago quam maximas, illos de nobis optime promeritos sincere pro-*

---

(224) De voce *Tay-ki* prolixè tractat P. Amiot, Tom. II. Mem. Chin. (225) Tom. II. pag. 6. col. 1. Num. 1.

*professus: quippe cum sine ullo labore nos, Franciscani ac Dominicanii illic nati simus, quae usui nobis essent, cum res posceret. De quibus credibile est, Maigrotum nullam omnino notitiam habuisse. Arque haec de mandato D. Maigrot anno 1693. die 26. Martii vulgato satis.*

## §. XLII.

Quo animorum motu, ut primum ejus fama ad ceteras provincias pervaserat, id a plerisque Missionariis acceptum sit, facile conjicies, quod nemo esset, qui gaudium ex nuperno Imperatoris decreto de obtenta libertate Christianam legem ubique vulgandi conceptum tam cito interturbatum iriputaret. Fuere per id tempus in Fokiensis provinciae metropoli praeter Maigrotum, ejusque vicarium, sacerdotes tres, P. Croquer Dominicanus, & Joannes Bozani Jesuita cum suo socio. Ac hi quidem duo, ne interdicto subjacerent, ab administratione sacramentorum abstinebant, & neophy whole confiteri volentes, inauditos dimisere. Hi accepta repulsa, Maigrotum semel, iterumque adibant, orabantque fusis lacrimis, ut sibi in his angustiis vellet consulere, cumque tertium eadem de causa illum adirent, audirentque cubiculo cum Croquer inclusum cachinnari, prope erat, ut impatientia victi januam e cardinibus avellerent. Hic rem, incertum, risu-ne, an commiseratione dignam evenisse memorant. (226) D. Maigrot repetito januae pulsu irritatus, e cubiculo prosiliit, & neophy whole acerbe reprehensos facecessere, & cuicunque, demis Jesuitis, vellent, confiteri jussit: illi negare, se aliis, quam quibus consuevissent, peccata sua credituros, cumque unus eorum, qui Crucifixum manu gerebat, putaret, non debitum illi honorem a Maigroto exhiberi, omnes junctis viribus in eum irruunt, & correptum genua flectere cogunt, quo tumultu ex-

citus Croquer subito accurrit, quem barba comprehensum idem facere jusserunt. Maigrotus e manibus illorum elapsus, palam querebatur, mortem sibi a neophytis Jesuitarum intentatam fuisse, vidisse se adeo cultrum, quem unus eorum jugulo suo jam jam admoverat: sed, ubi metus evanuit, cognitum est, Maigrotum Rosarium pro cultro aspexisse. Ita scena finiit. Non cessabant tamen neophyti ex variis provinciæ partibus confluentes, suas preces iterare, a qua molestia ut se tandem Maigrotus explicaret, utrique Jesuitæ potestatem administrandi sacramenta, litteris per suum provi- carium scriptis, fecit. Hoc illarum exemplum est.

(227) Mi reverende P. Joannes Paule Bozani, nomine, & jussu illustrissimi D. Caroli Maigrot, episcopi Cononensis, & Vicarii apostolici, secundum potestatem mihi communicatam a sua Dominatione illustrissima, concedo Reverentiæ vestræ, & omnibus Patribus omnem auctoritatem, & jurisdictionem, quæ dari solet, Missionariis absque omni restrictione. Nihilominus protestor nomine diei episcopi, hoc totum fieri non alia de causa, quam ob evitanda gravia scandala, quæ sunt sequutura. 15. Maii 1700. Reverentiæ vestræ humillimus servus Philibertus le Blanc. Cum D. Maigrot non ignoraverit, neophyti a Jesuitis propterea esse repulsos, quod ritibus patriis, quos ille vetuerat, renunciare nollent, pene erat, ut non nulli illum idolatriam in China admississe existimarent, quam Romæ tanto cum strepitu denunciaverat. Si enim, ita arguebant, ritus finici ejus judicio idolatrici erant, non potuit Missionariis, ob quæcunque sequutura scandala facultatem sacramenta administrandi sine restrictione concedere; siquidem actus idolatriæ multo majus ex se se malum sit, quam ipsa scandala, & quæ

ex

---

• (227) Epistola boni amici ad DD. Seminaristas Parisiinos §. 3. fol. 7.

ex his oriri solent, & possunt mala. Ceterum Jesuitæ Pekinenſes, qui tamquam e specula in omnem partem, ne qua occasio concitanda in religionem tempestatis occasio daretur, diligenter excubabant, ubi manus Migratiani exemplum nacti fuere, videbant de genuino vocum ſinicarum ſenu, rituumque uſu controverſiam a P. Morales (§. 21.) cœptam iterum fufcitari, de quibus nemo, niſi Sinae, melius judicium ferre poſſent. Quam enim Europæi, & in Europa de vocum, & consuetudinum ſinicarum uſu, & ſignificatu, qui aliquando latiffime patet, ſententiam ferrent? itaque, cum aliud remedium, quo mature periculo caveretur, in promtu non eſſet, Imperatorem, qui inter eruditos ſui temporis facile principatum tenebat, & ad quem, velut Legislatorem, ac consuetudinum regni ſui interpretem res omnis ſpectabat, conſulendum censuere, ſed ne cauſam obortæ domi controverſiae proderent, nomen Europæorum generatim in libello ſupplici prætexebant. Hic ejus tenor fuit. (228) *Nos exteri, vestræ Majestatis ſubditi, accepimus, viros Europæos, qui litteras profitentur, audiviffe dari in China ritus colendi Confucium, litandi cælo, ac faciendo ceremoniam Su, ſive Ci majoribus defunctis; horum, inquiunt, procul dubio datur ratio, ac cauſa; hanc ſingulatim adiſcere exoptamus &c. Nos Majestatis vestræ ſubditi juxta id, quod anguſtissima mens capere potest, arbitramur, Confucio cultum exhiberi non ad petenda ab eo bona, ingenium, dignitates, ſed duntaxat ob præclara, quæ, ut hominum magiſter, reliquit vitæ documenta. Deinde ceremoniam Ci, quæ defunctis*

(228) Exstat apud Noel in philosophia ſinica pag.

175. porrectus fuit a Philippo Grimaldi, Thoma Pereira, Antonio Thomas, & Francisco Gerbillon.

majoribus fit, proficisci ex intentione testandi suum erga parentes amorem, nec juxta Sinarum placita, qui virorum litteris excultorum doctrinam profitentur, illam explicari, aut intelligi de postulatione alicujus auxilii, sed solum eam fieri ad explendam filialis observantiæ, qua posteri parentes defunctos recolunt, mentem, & quamvis erigant defunctorum tabellam, non tamen per hoc eos iudicare, defunctorum parentum animas in ista lignea tabella residere, sed tantum exterius aliquod, quo posteri suis progenitoribus gratias agant, diuturnaque memoria illos recolant, perinde ac si præsentes adessent, signum exhibere. Præterea quod attinet ad litaminis, quod cælo fit in suburbano terræ aggere, ritus, arbitrarij illud non fieri cælo cœruleo, ac materiali, sed offerri primo cæli, terræ, ac omnium rerum principio, Domino, ac rectori, seu Xam-ti. & hunc quidem modo cæli dominum Xam-ti modo cælum Tien vocari, non secus, ac vestram Majestatem quæ non summus Dominus, sed modo sub gradibus, modo Imperialis nula (229) vocatur, quamvis nomina sint diversa, una tamen, & eadem res significatur, huncque esse verum sensum istarum duarum vocum Kim-tien, quas vestra Majestas hisce annis præteritis dignata est propria manu exarare, nobisque largiri, in publica tabula apponendas, existimamus. Nos igitur exteri, vestrae Majestatis subditi, juxta imbecillem nostrum captum, hoc prædicto modo illis respondemus, sed cum ista pendeant, ab his Chinæ moribus, non audemus particulari nostro iudicio niti, ac fidere. Idcirco omni cum reverentia vestram Majestatem rogamus, ut nos edocere non dignetur. Itaque nos exteri, vestrae Majestatis subditi, summa cum veneratione ac demissione, illius mandanda-

---

(229) Ad morem Europæorum, cum dicimus, Domus Austriaca, Borbonica, Porta Ottomanica &c.

*datum exspectamus.* (229) Imperator lecto, perpensoque diligenter libello, in haec verba respondit: (230) ea, quæ scriptis, optime scripta sunt, magnæque viæ, seu rectæ & communi omnium hominum doctrinæ (231) penitus cohærent. Cœlum cole-re, Principibus, ac parentibus inservire, magistros, ac superiores revereri, ista est orbi universo communis consuetudo, & sensus. Omnia, quæ in hoc scripto continentur, verissima sunt, nec est, quod mutari, ac emendari debeat. Declaratio haec non modo per totum Imperium publicis ephemeridibus vulgata, sed fratribus natu majoris, ipsis etiam Imperatoris, tum Principum *So-san, Mim, Y-san-gha- & Cham-ym*, qui omnes ex Colaorum ordine, & primi in Imperio Ministri per plures annos, doctrinaque clari erant, testimonio confirmata est.

Ex his Serryanam declamationem nugarum plenam facile convellas, qui de hac Imperatoris declaratione ita pronunciat: (232) *Verum, quid repoenent adversarii (Jesuitæ) si luce meridiana clarius ostendero, declarationem illam nil aliud esse, quam purum putum commentum, veritatis colore ab iis larvatum, quo facilius sedi apostolicae imponerent.* Hoc profecto est in luce meridiana cœcutire: putatne Serry, declarationem hanc annalibus Imperii, publica Tribunalium authoritate editis inserendam, (233) si purum putum Jesuitarum commentum fuis-

H 4

/ set?

(229) Signatus est libellus die 30. Novemb. 1700.

(230) Apud *Noel* op. cit. pag. 176. (231)

Serry textum hac parenthesi, magistris videlicet Confucii, corrupit. (232) Op. cit. Tom. VI.

pag. 325. (233) Et libellus supplex, & declara-

ratio Imperatoris exstant *Hist. générale d la Chi-*

*ne &c.* Tom. XI. pag. 300. De quo libello

cum Turnonius dubitaret, an sincerus esset,

Jesuitæ pàrati erant, novum Imperatori offerre,

ut patet ex eorum *Memoriali ad Turnonum.*

Ad

set? nimis leviter, ac ex ignoratione rerum sinicarum hæc dicta sunt, & rationes, quas afferit, plane futilles. Præcipue sunt: *expositio*, libellum supplicem Jesuitarum intelligit, *expositio hæc*, ait, *primum sinensi idiomate a Jesuitis conscripta, post a duobus Mandarinis atheis Tartarice conversa, Imperatori oblata est*: quid tum postea? ergo *commen-*  
*tum* est! mira argutatio! si sinice primum scripta, si conversa dein in Tartaricum, & Imperatori oblata fuit, ain, ubi commentum cubet? & unde evictum dat, a duobus Mandarinis in Tartaricum conversam, quando Jesuitæ & sinicam & Tartaricam linguam perinde norant? & cui bono Imperatoris gratia, linguae sinicæ peritissimi, in Tartaricum conversa fuisset? rursum unde Serry habet, duos illos Mandarinos fuisse atheos? usi sunt Jesuitæ opera Principum, quos supra nominavi, qui declarationem Imperatoris exserte his verbis confirmarunt:  
 (234) *dum Tien invocamus, invocamus ens supremum, dominum cœli, a quo omnia bona procedunt, qui videt, cognoscitque omnia, & cuius providentia res universæ gubernantur.* Hinc atque sunt? sed, quod alterum est, *Imperator generatim tantum respondit*: id mirum videri non debet; cum enim Jesui.

*Ad hæc, inquietabant, cum quidam vulgatis libris afferere audeant, petitionem nostram Imperatori die 30. Novembr. anni 1700. porrectam, neque sinceram, neque plenam fuisse, sponte nosmet Excellentie vestre promtos offerimus ad secundam porrigendam, eamque juxta mentem Excellentie vestre conceptam, & iis vestitam circumstantiis, quas Excellentia vestra juxta loci hujus possibilitatem censuerit esse prescribendas. Pekini in Residentia S. J. boreali, anno 1706. die 29. Januarii. Abnuit tamen Turnonius. Vide: La verité de l'innocence &c. pag. 125. (234) Idée générale de la Chine. Tom. V. Mem. Chin. pag. 55.*

suitæ ritus singulatim libello supplici secundum communem Sinensium mentem exposuerint, satis erat Imperatori, horum gnarissimo generatim affirmare, vera esse omnia, nihilque ex iis mutandum, addendumve, quæ Jesuitæ proposuerant. Postremo responsum illud, ait, *numquam apud Sinas promulgatum fuit, prout plures afferuerunt, Jesuitæ, & ad Europæos prescripserunt, (qui autem & ad quos scripserint, eleganter reticet,) sed tantum publicis nunciis evulgatum ab eis, qui rerum publicarum ephemерides conscribunt, qua ratione certissime nullibi Principum edita, consuerunt promulgari.* Ego jam mirari desino, Serryum in sinicis cespitare, qui ita in Europæis hallucinetur. Cui enim ignotum, Principum edita, quo celerius, & latius propagentur, solere in Europa publicis ephemericibus inseri? atque Sinenses quidem Europæis multorum judicio (235) anteferri merentur. Nihil enim in illis publicatur, quod non ab ipso Imperatore profectum, vel ab eo cognitum, probatumque fuerit, nec iis, qui eas conscribunt, fas est, quidquam addere, aut commentario illustrare, gravi poena corporis in eos, qui aliter fecerint, constituta, pulchro utilique ad Europæos exemplo. Hæc ad Serryanas nugas.

## §. XLIV.

---

(235) Deshautesrayes Tom. XI. Hist. gen. de la Chine pag. 523. in observat. ad calcem adjecta: il n'en est pas de la gazette de la Chine comme de certaines gazettes d'Europe, dans lesquelles on fait mettre tout ce qu'on veut, bon & mauvais. On n'y imprime rien qui n'ait été présenté à l'Empereur, ou qui ne vienne de l'Empereur même, & ceux qui la publient n'osent y rien ajouter pas même leurs reflexions sous peine de punition corporelle. On y apprend à connoître la religion, la doctrine, les loix, les coutumes, & les mœurs des Chinois.

## §. XLIV.

D. Maigrot, cum probe sciret, se vulgato mandato potestatis suæ limites excessisse, ne id sibi Romæ fraudi daretur, Mandatum per Procuratorem suum D. Charmot in urbem misit, additis ad summum Pontificem litteris, in quibus, cum in principio questus esset, se a Jesuitis Jansenistam (§. 36.) haberi, adeo parum in reliquo contextu sibi constat, ut male consci animi indicia passim prodiderit. Nam cum de Missionariis universe affirmasset, *sine ingenti calunnia dici non posse, ullos esse in China Missionarios, qui in crassam turpe inque idolatriam impingant, aut alios impingere permittant,* (236) mox sui immemor, subiungit: *dubitari merito posse, an, qui sunt in China Christiani, fere omnes non sunt idololatre.* Hoc est uno ore frigidum, & calidum efflare. D. Charmot, ut Romam venit, mandatum Maigrotianum, ejusque in illud expositionem sacræ Congregationi præsentavit. Non poterat, id ita clam geri, ut indicium, & cum hoc expositionis exemplum ad Jesuitas non pertingeret, qui, intellecto, quo res evasura esset, nihil morandum rati, libellum supplicem Pontifici in haec verba obtulere. (237) *Jesuitæ ante omnia declarant, & protestantur, Missionarios suos in China nunquam omnino permisisse, neque, judicasse, permitti posse novellis Christianis usum ceremoniarum cum hisce circumstantiis, cum quibus descriptæ illæ sunt in expositione præsentata sacræ Congregationi, verum eos solummodo hactenus permisisse, ritus, judicasseque permittendos, qui sunt expositi, & permitti in Decreto sacræ Congregationis anno 1656. eo omnino modo, (§. 23) qui ibidem fuerat præscriptus.* Atque ita, si sacra Congregatio non prohibet eas ceremonias, nisi suppositis iis circumstantiis, quæ sunt expressæ in dicta expositione D. Maigrot, non potest prohibitio ea cadere, super ritus, qui hactenus ad-

(236) Hist. cultus sinensis, pag. 402. (237) Epistola ad DD. Seminaristas Parisienses, §. 2. fol. 5.

missi, & permisſi sunt a Jesuitis, utpote qui nunquam penitus eos permisérunt, cum allatis a D. Maigrot circumstantiis, quarum insuper notitiam contestantur illi, se nunquam habuisse. Cum tam luculenta, & libera Jesuitarum contellatio per urbem vulgata, mandatum Maigrotianum a fundamento conveilere videretur, nihil non egere adversarii, ut eam omni studio enervarent. Hinc ortum bellum libellatum cuius antesignani D. Lyone episcopus Rosaliensis, & D. Charmot fuere, quibus haud multo post, quod uterque olim cum D. Maigrot, Seminarii Parisiensis Missionum exterarum alumni fuissent, non pauci ejusdem Seminarii contribules, se tamquam auxiliarios conjunxere. Nec nullam in eo bello partem Dominicani habuere, præsertim P. Norbertus de Elbecque, & Hyacinthus Serry, quorum postremus, int̄l̄ Prothei, confictis nominibus in arenam contra Jesuitas crebro prosiliit, & quod mirum videri debet, uterque cum Quesnello, huic jusque sociis intimam familiaritatem fovebant.

(238) Ac hi quidem unitis viribus mandatum Maigrotianum tueri, & Jesuitas idolatriæ reos facere sparsis in vulgo libellis contendebant, sed non idem omnibus finis erat propositus. D. Charmot, aut verius, qui sub illius nomine latebant, Quesnellani, ea potissimum de causa ritus sinicos gladiatoriis libellis infectati sunt, ut, si decretum Alexandri VII. qui illos indulserat, nunc, nova Maigroti expositione, irritaretur, ejusdem quoque alterum decretum, quo quinque præcipua Jansenisticæ doctrinæ capita ab Innocentio X. damnata, ipse

---

(238) Notum est, Quesnellianos in epistolis ultro citroque scriptis, ne proderentur ficta nomina usurpare, quorum elenches apud D. de Witte deprehensus, & ab Eleutherio in Hist. controvers. de auxiliis gratiæ &c. proditus est. In hoc elenco D. Charmot vocatur M. Barlon, P. de Elbecque *Le signeur Riviis*, alias etiam Durand, & P. Serry, M. Banneret.

quoque damnaverat, vel molliretur, vel certe causa Jansenistica novo examini, quemadmodum ritus Sinenses, subjiceretur. Hæc D. *Charmot*, & cum quibus colludebat, Quesnelliianorum molitio fuit. Noli autem putare, me hoc ex sola conjectura dicere, aiferam tibi rationum momenta, quibus non possis non assentiri. Primum enim libelli, qui adversum ritus, & Jesuitas prodierunt, nomen quidem D. *Charmot* præferebant, sed veri illorum autores Quesnelliani erant, quod epistola D. *Walloni* ad *Quesnellum* die 3. Augusti 1697. quo D. *Charmot* ex China Romanum venerat scripta luculente docet: *his diebus*, inquit, *absolvimus scripta duo pro domino Barlon:* (239) hoc est, pro D. *Charmot*. Non utique alia scripta, quam quæ per id tempus contra ritus Sinenses, & Jesuitas spargebantur, nec enim aliud diversi argumenti scriptum, nomine *Charmoti* unquam vulgatum fuit. Atque hinc fere certum judicium formare potes, accusationem rituum jam multo ante, quam *Charmot* urbem attigerat, in China, inito cum Quesnelliis per epistolæ consilio, fuisse constitutam. Nec enim tam subito ab *Charmoti* adventu, duo scripta eaque sa-  
tis spissa, fuissent parata, nisi, prius de qua re, &  
qua ratione scribendum esset, scivissent. Deinde  
id re vera per hujusmodi scripta actum fuisse, ut  
irritato Alexandri VII. de ritibus decreto, etiam  
alterum de Jansenii doctrina antiquaretur, tam  
constans, & publica fama fuit, ut non nulli episco-  
pi non dubitarent propterea Pontificem litteris  
convenire. Lamecensis in Lusitania, die 23. No-  
vembbris 1702. de hac libellorum, ut ita dicam,  
inundatione, his verbis ad Papam scripsit: *quid,*  
*aut quale,* *aut majus non sperabunt Jansenistæ fieri*  
*posse,* *circa decreta contra eos lata ab Alexandro*  
*Pontifice,* *si videant nutare ejus sanctiones,* *damna-*  
*ri*

*vique ut gentiles ritus, quos ipse, ut indifferentes tolerari posse, decreverat? Alter Attensis in Gallia antistes eodem anno die 7. Octobris, hoc tenore: grandis materia triumphi esset hæc prohibitio rituum finensum pro Jansenistis, qui non desiderant, nisi similem sententiam, ut se regant contra eam, quæ eos declarat hæreticos. Rursus in alia epistola: velle, ut annuletur decretum Alexandri VII. mihi persuasum est, quod sit velle tollere gloriam Alexandri VII. & hoc pacto infirmare ejus decretum contra quinque propositiones Jansenii. (240) Denique, ut tibi omnem dubitationem eximam; ipsum D. Charmot tibi loquentem exhibeo: (241) certe, inquit, si perinde constaret, Pontificem circa sensum Jansenii male informatum fuisse, quam certum est, falsam fuisse expositionem Martinii, pessimo loco causa observatoris, ejusque collegarum contra prætentos Jansenistas esset. (242) Quid aliud, obsecro, hæc indicant, quam tacite Iudices admonere, ut ab expositione Martinii mensuram sumant ad causam Jansenii? quod multo apertius prodidit Dominicanus Elbecque, ad D. Brigode (243) scribens: hi domini*

---

(240) Has pericopes reperias in epistolis boni amici ad Doctorem Sorbonicum, seu P. Serry, epistola 3. fol. 22. (241) Ibid. (242) Existimat igitur D. Charmot, nullos vere, sed solum prætentos Jansenistas, dari, itaque Jansenismum esse purum phantasma. Verum Clerus Gallicanus anno 1700. inter quatuor propositiones, etiam hanc: *jam tandem Ecclesiæ & regnorum Principes ex hoc clarissimo argumento agnoscunt, phantasma Jansenii quesitum undique, sed nispiam repertum, præterquam in laborante quorundam phantasia: censura perstrinxit, cum reliquis tribus, falsas, temerarias, scandalosas, contumeliosas in Clerum Gallicanum, summos Pontifices & in universani Ecclesiam, schismaticas, & erroribus condemnatis faventes, declaravit.* (243) Is in elenco Quesnellianorum hæc nomi-

ni, (Quesnelliiani) patrant quoddam malum infinitum, ego certe agam, quid quid potuero, ne res hæ deveniant, in manus nostrorum Cardinalium, vel Generalis nostri — D. Charmot mihi concredidit, se incipere desperare, eo, quod similes Tractatus maxime idonei sint, ad invertendum totum negotium causæ sinensis. (244) Tractatus porro, quorum hic mentio fit, editi fuere, a D. de Witte, & P. Gerberon contra gratiam Thomistarum. Scilicet, quamdiu Quesnelliiani pro gratia Dominicanorum (245) stabant, tamdiu illorum aliquos, adversum sinicos ritus, adjutores Romæ habebant: cum vero, his tractatibus editis larvam posuissent, periculum erat, ne P. Elbecque, rescissa cum Quesnelliannis amicitia, causam sinicam desereret. Atque id in causa erat, cur D. Charmot totum negotium causæ sinensis, opera P. Elbecque hucusque adductum, penitus intervertendum metueret. Quis non videt hæc illo collimasse, ut, si accusatores rituum causa caderent, fore etiam, ut Quesnelliani spem quoque omnem de reformando Alexandri VII. decreto, contra Jansenium lato penitus ponerent? hinc tanto acrius ad illud irritandum conatus suos intenderant, quanto ægrius ferebant, eodem anno 1704. die 10. Novembris, Quesnellum, qui jussu regis Hispaniarum carceri inclusus, sed mox inde elapsus erat, contumaciæ convictum, & ab archiepiscopo Mechlinensi excommunicationis sententia percussum fuis-


na gerit: Fr. Silvain, Sylas, Le Blond, Le Fr. Joseph &c. (244) Famosus Processus in Quesnellum ab archiepiscopo Mechlinensi editus pag. 91. (245) Hos clavis Jansenistica vocat Baccalaureos, quibus aperte blandiebantur, clam vero contemnebant. Wallonus ad Quesnellum anno 1699. die 17. Junii scribens, ita eos depingit, Baccalaurei sunt miseri homines. Vide Eleutherium op. cit. art. 5.

fuisse. (246) Atque hic, ut dixi, D. *Charmot*, ejusque sociis, in oppugnandis ritibus sinicis, scopus, & finis propositus erat. Aliam contra viam D. de *Lyone*, episcopus Rosaliensis, iniisse fertur. Is, dum ritus sinicos aperte impugnabat, clam il- lud in urbe egit, ut Jesuitæ ex aula Pekinensi exigerentur, tum ne deinceps nomen *Societatis Jesu*, sed S. Ignatii gererent, ac denique, ut episco-patus Macaensis divideretur, ejusque portio trans- ferretur Cantonem, (247) spe fortasse ductus, hanc spartam sibi obventuram esse. Re enim vera a multis observatum est, eos, qui in accusandis ri-tibus strenuam operam locabant, Ecclesiasticis di-gnitatibus haud multo post ornatos fuisse. (248) Patet hinc, ut opinor, satis luculente, adversarios neutquam propagandæ religionis causa, sed alium ob finem, in Chinam venisse, quemadmodum ve-tus in China Missionarius ordinis S. Francisci, ad Commissarium suum his verbis perscripsit: (249) D. *Mai* (erat hic quoque Parisini Seminarii alu-mnus, & apud Sinas Missionarius) D. *Mai* nescio ob quam argenti litem, de sociis suis male contentus, dixit: „ne mihi tot tricas faciant, alioquin Pe- „kinum ibo, declaraturus Imperatori finem, ob quem

(246) Bibliotheque *Janseniste* pag. 81. (247) Testa-tur hoc Frater Bonaventura ord. Minorum, Can-tone 1702, die 2. Maji ad Carolum *Turcotti* Je-suitam, et Vicarium apostolicum scribens: Mon-jignor di Rosalia andava in Roma per determi-nare, o ottenere tre cose: la prima, di far salire li Padri della compagnia dalla Corte di Pe-kino: Seconda di farli levare il nome di com-pagnia di Giesù, e che si devino poner della com-pagnia di S. Ignazio: e la terza, di far dividere il Vescovado di Macao, e levarli Cantone. La Verità è l'innocenza de' Missionarii etc. p. 249. (248) Tales fuere Navareta, de Lyone, Leo-nissa, Cice, et ex Jesuitis *Visdelou* et *Fouquet*. (249) Acta Pekinensis, Pekini impressa an. 1717. p. 186.

„ quem huc venerint: „ *Sustineamus igitur in Dominō, & oremus pro iis, qui nobis fabricant coronam.* Postrema non obscure indicant, D. Charmot, ejusque socios non alia de caufa in Chinam venisse, quam ut novas lites de ritibus sererent, atque hac ratione ad irritandum Alexandri VII. decretum, quo illos indulserat, viam complanarent, darentque occasionem antiquando alteri ejusdem Pontificis decreto, quo Jansenii doctrinam damnaverat, alioquin si solo, & sincero propagandæ religionis studio acti in Chinam venissent, comminatio, qua D. Mai illos a prosequenda argenti lite absterrere volebat, inianis futura erat, cum Imperator non ignoraret, qua de causa Missionarii ad Chinam venire soleant. Ac hæ quidem istorum in urbe molitiones erant. Quid vero apud Sinas interea actum fuerit, in proximo Collegio audies: cupio autem, ut præjudiciis domi relictis, & a studio partium vacuus, adsis, quo magis sincerum de iis, quæ auditurus es, judicium ferre possis.

---



# COLLEGIVM VI.

---

*Episcopi sinenses, suos Procuratores Romam deſtinant, qui cauſam adverſus Maigroti mandatum agant: lecti ſunt duo Jefuitæ: Controversia de ritibus ſub Innocentio XII. & Clemente XI. agitatur: ab hoc Carolus de Tournon Patriarcha Aquileiensis renunciatus conſtituitur Comiſſarius, & Visitator per Chinam, & Indias Orientales: hujus poſt Madurenſem moram in Chinam adventus: res iſthic ab eo geſtæ cum Imperatore, episcopis Ascalonensi, Macaenſi, & Miſſionariis: ejus Pekino diſceſſus, decretum promulgatum, captivitas, & mors. Serryanæ hallucinationes.*

## §. XLV.

**U**t primum mandati Maigrotiani fama ad ceteras Imperii provincias manavit, ingens non Miſſionarios ſolum, ſed epifcopos quoque cura, & ſollicitudo inceſſerat, probe gnaros, quæ hinc, vix obtenta nuper Imperatoris beneficio tranquillitate, nova rurſus tempeſtas religioni incubitura eſſet. Itaque epifcoli Nankinensis, Ascalonensis, Andrevillanus, & Macaenſi, cum non ignoraient, D. Charmot in urbem a D. Maigrot miſſum eſſe, ipli quoque inito inter ſe conſilio, Procuratores ſuos Romam mittendos cenuere, qui ad acuſationis Maigrotianæ capita, illorum nomine re-

sponderent. (250) Leeti sunt ex Jesuitis Franciscus Noel, & Casparus Castner, qui tempore Innocentii XII. sub quo controversia agitari cœpit, ex China solventes, pene sub id tempus in urbem venerant, quo Clemens XI. Innocentio successit, & cooptam de ritibus causam diligenter ventilari, & ad finem adduci jussit. Questionibus formandis præerant quatuor, ut ajunt, *Qualificatores*, omnes aut Generales, aut Commissarii variorum ordinum utque de facti circumstantiis probe constaret, adesse jussus est P. a Leonissa, ordinis Minorum, episcopus Beritensis, & multorum, ut acta habent, annorum in China Missionarius; &, ne quid ad diligentiam prætermissum videretur, Pontifex Carolum de Tournon, Patriarchæ Antiocheni dignitate ornatum, Commissarium, & Visitatorem apostolicum cum potestate Legati a latere per Chinam & Indias orientales, anno 1701. die 5. Decembbris renunciavit. Is, ut hac dignitate ornatus erat, litteras sequente anno die 7. Febr. ad P. Grimaldum dederat, petiitque, ut sibi ad portum appulsuro modum obeundæ Legationis, quem sciebat ab Europæo diversum esse, minutim significaret, ne quid in ipso ingressu apud gentem morum suorum tenacissimam offendiceret. Dehinc comparatis ad iter rebus, Roma prius diceſſit, quam responsa ad Quæſita mandati Maigrotiani absolverentur. Itinere usus maritimo, eoque satis impedito in Malabariam appulit, & controversiam de gentium illarum ritibus edito Pondischerii anno 1704. die 23. Junii decreto diremit, quod Clemens XI. duobus post

---

(250) Vide Tom. XIII. Lettres édifiantes novæ edit. pag. 363. Hinc *Mamachius* corrigendus, qui cit. op. origg. & Antiqq. Christian. Lib. II. pag. 398. affirmat, ceteros quoque in China vicarios apostolicos Maigroto consensisse, cum præter D. de Lyone, & P. a Leonissa nemo esset, qui ab eo steterit.

post annis ratum habuit, addita tamen clausula: donec aliter a sede apostolica provisum fuerit. Longum esset; nec hujus instituti, quæ eo decreto vetererit, permiserit Turnonius, referre; illud tamen velut ob iter te monere opportunum duxi, ne si rursus in *Norbertos*, vel personatos *Minorellos*, item *Mosheimios*, aut similes incideris, persuaderi tibi sinas controversiam de ritibus Malabaricis Jesuicarum duntat causa ortam, aut hos universe illorum patronos fuisse. Id facile ex verbis decreti Turnoniani intelliges, quæ hujusmodi sunt: *Evidem merito inter primas nostræ sollicitudini occurrerunt novæ Domini vineæ in regnis Madurensi, & Maisur, recentiusque Carnatensi, iisdem fere legibus, parique labore, ab evangelicis Societatis Jesu operariis Lusitanis, & Gallis plantatae, ubi ethnicorum atque gentilium persequitiones, ac inter tot vitæ asperitates, virentes gerinquant evangeli palmites, assiduis Missionariorum sudoribus irrigati. Illuc sane fuissimus non minus laboris, quam gaudii in Christo Jesu participes, vehementer cupientes, nisi hoc nobis diuturna infirmitas prohibuisset. Quod autem per nos ipsos immediate obtinere non licuit, exhibatum erga nos, & sanctam sedem apostolicam obsequium a Patribus Venantio Bouvet, Carnatensis Missionis superiore, & Carolo Michaeli Bartolodo, Madurensi Missionario (utroque Jesuita) viris doctrina, & propagandæ fidei zelo præstantibus, opportune suppeditavit.* Enim vero cum ab illis, in moribus, lingua, & religione istarum regionum, ex longa in his vita consuetudine apprime versatis, plura certius cognoverimus, quæ eosdem palmites enerves reddant, & fructu vacuos — rebus itaque maturo examini suppositis dictisque Patribus oreterus, ac in scriptis fuse auditis, --- ut fidei puritatem consulamus &c. tum sedecim capitibus, quid cendum, quidve in ritibus Malabaricis servandum esset, constituit. Jesuicarum igitur consilio, & opera Turnonius usus est, ad controversiam hanc dirimendam,

dam, quod tibi documento sit, illos aut suopte ab his ritibus abhorruisse, aut, si qui contrarium sentiebant, paucos, nec solos fuisse, quin fuisse etiam primos, qui decreto Pontificio morem gesserint, ut Visdelous datis ad sacram Congregationem litteris testatus est. (251) Id velut ob iter, & tui in primis causa memorandum erat.

### §. XLVI.

Turnonius constitutus in Malabaria rebus, Pondischerio solvens, sub finem anni 1704 in Chinam appulit, & Cantonem sequente anno die 8. Aprilis tenuit. Hic cum integrum annum moratur, (252) Jesuitæ Pekinenses libellum, quo totius controversiæ initium, progressum, causasque, tum Imperatoris characterem, palatalium ingenia, mores gentis, & qua ratione cum eis agendum, quidve cavendum esset, prolixe explicuerant, (253) Cantonem transmisere, petieruntque, ut in ea, quæ libello complexi erant, juridice pro sua potestate inquireret. Verum Turnonius consiliis eorum usus, qui Jesuitis adversabantur, hanc juris formam minime tenendam esse putavit, quoque diutius Cantone morabatur, eo extantiora præjudiciorum, quæ Roma secum attulit, indicia dedidit.

(251) Raccolta d'apologie per Bottagriffi, Tom. VII. pag. 95. *La tempesta insorta a proposito de' riti Malabarici, finalmente s'è acquietata in virtù del decreto della Santa sede, al quale tutti, e specialmente i RR. Padri Fejuiti si sono sottomessi.* (252) Hist. générale de la Chine &c. Tom. XI. pag. 309. *L'an. 1704. quarante-troisième de Kang-hi un grand d'Europe appellé To lo (Turnon) envoyé du Kiao-hoa-hoang, ou du souvraint Pontife, arriva à Kovang-tcheou, ou Canton, capitale de la province de ce nom, où il demeura une année entière sans qu'il parut se disposer à venir à la Cour.* (253) Signatus est libellus anno 1704. die 26. Augusti.

dit. Siquidem Jesuitas non rectam promulgandi evangelii viam tenere, & nunc ad tuendum suum honorem, id unice agere existimavit, ut errores, in quos primi apud Sinas Jesuitæ inciderant, speciose tegerent: ad hæc neminem facile esse, qui eorum opinioni consentiret, nisi qui metu, aut spe in eam induceretur. (254) Hoc animo cum in Jesuitas esset, eorum tamen lope indigebat, ut ad aulam admitteretur. Primum quidem statuerat, se, dissimulata Legati persona, negotium, cuius causa venerat, tractare velle, fecitque per P. Beavollier Pekinenses Jesuitas certiores, se ad aulam non venturum, si quas igitur scripturi essent epistolas, eas *Nankinum*, quo dissimulata persona venturus esset, mitterent. Sed mox aliorum iuasu contrarium amplexus consilium, Jesuitis significari jussit, se omnino velle Legati personam palam sustinere, utque hac de re Imperatorem edocerent, mandavit. Illi nihil morati, semel, iterumque Imperatorem orabant, ut veniam Legato Pekinum veniendi indulgeret, repulsam passi, cum preces tertium repperterent, durum est, reposuit, Legatum ad aulam admitti, qui nullam gentis morum, & Imperii no-

ti-

(254) Benevente episcopus Ascalonensis ad regem Lusitaniae anno 1707. die 7. Dec. hæc scripserrat. Mr. le Patriarche est entré dans la Chine prévenu de beaucoup de préjugez & fausses informations, qui l'empêchoient de connôtre la vérité --- parceq'il préoccupé des idées qu'on lui avoit données à Rome, que les Jesuites n'avoient pas pris la vraye maniere de planter la Foi à la Chine, & qu'ils vouloient à présent mettre à couvert leur honneur, en soutenant les erreurs dans lesquelles leurs premiers Missionnaires étoient tombés, que personne ne suivoit leurs sentiments, si ce n'est ceux qui les craignent ou qui en espèrent quelque chose. La vérité e l'innocenza de Missionarii &c. pag. 117. & Réponse au livre intitule: extraits &c. pag. 139.

titiam habet, negavitque, se id indulturum. Nunquam Jesuitæ, qui Imperatoris genium norant, ausi fuissent quartum preces suas iterare, nisi metuissent, malignum de se, ut saepe alias, in Europa rumorem sparsum iri, quasi per eos steterit, Legatum ad aulam non admissum esse. Quare junctis viribus rursum supplicem libellum (255) porrexerunt, qua importunitate tandem vixius Imperator, Turnonio veniam concessit Pekinum cum comitatu veniendi, ea tamen conditione, ut vestitum Tartaro-sinicu[m] assumeret, mandavitque Praefectis Provinciarum, per quas iter facturus erat, ut sumtu publico ad aulam duceretur. (256) Prius tamen, quam Cantone movit, convenerat eum salutandi causa episcopus Ascalonensis mense Junio cumque tres hebdomas cum illo egisset, obseruavi, scribit ad regem Lusitanæ, Patriarcham consuetas regulas, in tali negotio servari solitas, penitus negligere. Nec enim, ut in Tribunali Ecclesiastico alias moris est, quæstiones de personis, & re, cuius causa venerat, instituit, Missionarios obstringendo sub juramenti religione, & interminatione censurarum, ad dicendam veritatem, quo facilius, & magis exæste negotia sibi commissa tractare posset. Verum is nihil quod ad causam sinicam attinebat, scripto ad se referri volens, indicabat solum Missionariis, se non posse ritus hæc tenus observatos Christianis permittere, qui a sede apostolica iam damnati essent, venisse se, ut præceptum Pontificis opere ipso exequere tur. Quibus auditis peritiores Missionarii Legato declararunt, se nihil audere in ceremoniis, quas Roma indulserat, in-

---

(255) Subscripti erant, Philippus Grimaldi, Thomas Pereira, Antonius Thomas, & Joan. Franc. Gerbillon, ut testantur annales sinici Tom. XI. pag. 300. Hinc eorum cavillationes refelluntur, qui publice sparserant, Jesuitas omni conatu esse, ne Turnonius ad aulam admitteretur. (256) Réponse au livre intitulé, extraits &c. p. 140.

innovare, nisi vellet, ut major Christianorum pars, quemadmodum experimento didicissent, a fide deficiat, & religio Christiana toto Imperio eliminetur. Idcirco orabant, ut sedis apostolicæ decretum sibi ostendere ne gravaretur, quo se illi quisque facilius conformare posset. Sed cum id nondum Roma accepisset, generatim solum respondit, ritus sinicos Pontifici omnino non probari. Mihi quoque in principio hæc responsa dabat, sed cum ego ob characterem meum episcopalem audentior factus, libere illi danna, quæ ex prohibitione rituum sequerentur, proposuisse paulo apertius tecum egit, affirmavitque mihi, a Pontifice sibi commissum esse: si sufficientes rationes inveniret, ut ritus sinici tolerentur, nihil omnino in iis mutaret. Atque hæc ratio episcopum Ascalonensem permovit, ut sedem apostolicam serius postea contra Turnonii mandatum appellandam esse censuerit. Turnonius obtenta venia, & rebus itineri comparatis, anno 1705. die 9. Septembris Cantone movens, Pekinum mense Decembri pervenit. Prius, quam urbem ingrederetur, misit Imperator filium suum *Kun-lo*, adjuncto Proregis filio, & delecto ex omnibus domiciliis uno Jesuita, qui Legatum salutarent, a quibus quarta die ejusdem mensis Pekinum ductus, jussu Imperatoris in Jesuitarum domo, quæ intra croceum murum, & penes palatium est, habitationem fixit. Post reparatas ab itinere vires die 13. ejusdem mensis ad alloquium Imperatoris admissus, ea benevolentia acceptus est, quam nulli hactenus exhibitam fuisse, ipsa aula stupebat: tum de Legionis causa interrogatus respondit; se a Pontifice missum, ut ejus nomine gratias Imperatori ageret pro beneficiis, quæ in Missionarios contulisset, neque præterea quidquam sibi in mandatis esse datum. (257)

(257) Ita ipse Imperator in mandato ex Tartaria serius dein ad Turnonium misso Statim atque

Mox dimissus, & cibis a regia mensa, quod sumum apud Sinas honoris indicium est, excultus fuit. Illud hic neutquam prætereundum; quod Turnonius obtenta Pekinum veniendi facultate, non putaverit, tam facile hanc gratiam se obtentum, uti ad P. Grimaldi Tribunalis mathematici Præsidem Cantone anno 1705. die 4. Septembris scriperat: *ingressus meus, inquit putabatur Romæ multo fore difficilior.* (258) Hinc nullo pene negotio potes conjicere, fuisse Romæ quoddam genus hominum, qui Turnonium adversus Jesuitas præjudiciis imbuerant, ut ex episcopo Ascalonensi cuius fragmentum epistolæ ad regem perscriptæ pauclo ante memoravi, partim jam intellexisti, partim **ex iis**, quæ postea dicam, magis intelliges.

#### §. XLVII.

Jesuitæ non ignari, qua de causa Legatus venerit, ut primum opportunitatem nocti sunt, rogabant, ut convocatis senioribus Christianis, & variorum ordinum Missionariis, de controversia cognosceret, se paratos esse, si pars adversæ scripto sua momenta exhiberet, scripto itidem respondere. Abnuit Legatus, quod partis adversæ documenta pleraque D. Charmot Romam tulisset, addiditque jam factum Romæ decretum de ritibus, superesse id solum, ut praxis illi, quæ hactenus obtinuit, contraria induceretur. (259) Idem, ut supra dixi, responsum Missionarii jam ante Cantone acceperant. Mihi utrumque conferenti venit in mentem,

tem-

*huc venisti, cum ad me Imperatorem retulisses, te missum fuisse a summo Pontifice eo fine, ut ejus nomine mihi gratias ageres pro beneficiis a me in Missionarios Europeos collatis, & præter hoc te nullum aliud habere negotium, &c. Vide la verità e l'innocenza de' Missionarii &c. pag. 114 (258) Diarium rerum a Turnonio gestarum a P. Antonio Thomas ad Generalem missum §. I. & II. (259) Ibid.*

temporis rationem subducere. Movit Turnonius ex Europa anno 1702. in Chinam venit 1704. Cantone moratus est annum fere integrum, inde profectus, Pekinum anno 1705. die 4. Decembris tenuit, ut ex hactenus dictis liquet. Itaque, si verum est, Legati responsum, quemadmodum esse verum, episcopus Ascalonensis fidem facit, necesse est, alterutrum consequi, ut vel Turnonius ante q. Septembris anni 1705. quo Cantone Pekinum movit, decretum de ritibus sinicis anno 1704. die 20. Novembris conditum, acceperit, quod omnino si longinqui itineris ratio spectetur, incredibile est; vel ut prius, quam anno 1702. ex Europa movit, jam cognitum habuerit, quae sententia de ritibus ferenda esset. Quid ergo opus erat, ab an 1697. ad annum 1704. de his Romae tricari? cum tamen Jesuitæ per P. Beauvollier proposito suo apud Legatum insisterent, admisit tandem scriptum P. Visdelou, itidem Jesuitæ, qui contrariæ de ritibus sententiae erat, quin tamen id Beauvolliero communicari sineret. Sed cum id a studio partium non vacare plerisque videretur, indulxit denique, ut coram se, & variorum ordinum Missionariis de controversia disceptaretur. Visdeloo Gallo oppositus fuit P. Josephus Raimondus Jesuita Hispanus, a quo ille in eas angustias redactus est, ut ipsi adversarii præsentes palam faterentur, nolle se ejus responsis stare, opusque esse, ut ipse D. Maigrot caufæ, quam moverat; defensionem susciperet. Abhinc Turnonius nullam disceptationem inititui voluit, & Visdelous poltea episcopus ab eo renunciatus est, an ob scriptum suum, an alia de causa, scriptores variant, mihi illud vero similius esse videtur. (260) Interea, cum hæc privatim aguntur, Imperator sciendi cupidus, quis Romæ de sua declaratione circa voces, ritusque sinicos, quam anno 1700. in urbem miserat, (§. 43.) sensus esset, duos.

duos Mandarinos ad Turnonium misit, qui id ex illo rescire conarentut. Interrogatus respondit, venisse quidem Romam exemplum declarationis, licet non authenticum, neminem etiam dubitasse de veritate facti, sed in eo haesisse plerosque dubios, num Imperator per Europaeos Pekinenses, Jesuitas designabat, sincere informatus fuisset. Offensi hoc responso Mandarini, quasi opus esset, Imperatorem de vocum Sinicarum significatu, ritibusque patriis ab exteris doceri, subjunxere, *propone igitur plenius, & tuam de illa declaratione mentem aperi*: volentem respondere, ii, quorum consiliis utebatur, manu um getu, & strepitu pedum impedivere, &, ut parum firmam valetudinem, ægre enim habebat, prætexeret, Italica usi lingua, suadebant. Mandarini hominum genus versutum, quid actum esset, diligenter ad Imperatorem retulerunt, qui, quod erat, suspicatus, admisso rursus ad colloquium Legato, coram hujus, & suis, qui frequentissimi aderant, aulicis, præsentibusque Jesuitis in hæc verba loquutus est: *notuin fac Pontifici, a bis mille annis reverenter sequimur Confucii doctrinam, a ducentis dum circiter huc venit Lymathieu* (id Riccio erat nomen sinicum) *& a quadraginta annis, quibus ego impero, sine culpa & errore vixerunt Europæi.* Si in posterum tui Europæi (261) vel unum punctum habent contra doctrinam, omnes Europæi difficulter manebunt in China, simulque id ipsum scripto illi consignari jussit. Turnonius videns, cum quo sibi res deinceps esset, interprete P. Gerbillon eidem indicavit, habere se hominem ætate, moribus, literatum, & rerum sinicarum peritia insignem, quem rogaret ab Imperatore audiri. Annuit, eumque in Tartariam, quo venatus causa postridie iturus erat, ad se venire jussit. Erat is D. Maigrot, quem

---

(261) Eos non obscure indicat, quorum consiliis utebatur.

quem Legatus a peritia rerum sinicarum commendaverat. Protectus igitur in Tartariam, non multo post ad Imperatorem adniissus est. Hic post prima salutationis officia ut experimentum scientiae ex eo caperet, jussit illum quatuor litteras super vertice suo scriptas legere: hæc est primum, mox se se colligens, legit quidem, sed præter unam reliquas partim ignoravit, partim male legit. Imperator iudicari se a Légato ratus, qui illius peritiam in sinicis laudasset, Maigrotum Pekinum remisit, quem mox Mandarinus *Hen-kama* consequitus mandatum hujus tenoris attulit. (262) Primo *Pen-tam* (ita Sinæ D. Maigrot appellabant) ignorans est linguae sinicæ: quatuor litteras legere jussus duas non novit, in tertia erravit, quartam expliuit. Secundo non intellexit *Cy*. Tertio negat Imperator suum subditum esse, qui non colit cælum, Confucium, & defunctos. Quarto mala fide negat *Pen-tam*, se scire, an 5000 Christianorum in Fökien habeant aulas adororum, & ii præfent ritus. Quinto, Sinæ videntes ex passione litigari, avertentur, a fide vestra. Sexto, hoc est, eandem in China destruere. Septimo, si Missionarii violabunt leges Patriæ, habet *Cham-hy* leges pœnales, secundum quas puniet. Turnonius, his intellectis, vetuit, ne quis deinceps de ritibus quæstionem coram Imperatore moveret.

Ne tamen nihil eorum, quorum causa venerat, agere videretur, jussit D. Appiani, & unum ex ordine S. Francisci, *Castoranum* suisse suspicor, Christianis Pekinensisbus nunciari, ritus esse vetitos, proinde ab iis deinceps abstinerent. Verum cum illi scripto libello difficultates suas Turnonio ex-

po-

---

(262) Diarium &c. Antonii Thomas §. III. item decretum Imperatoris die 2. August. 1706. signatum, & postea Pontifici transmissum. Vide la verità e l'innocenza &c. pag. 128.

ponerent, is iracundia percitus, cum libellum lacerare non posset, humi projectum pedibus calcavit. Qua re illi magnopere offensi iam in procinctu erant, ut Legatum Tribunalis rituum deferrent, nisi Jesuitæ, quamquam non sine difficultate, eos pacassent. (263) Sed ille nihil cautior factus, scripto Imperatori porrecto aliquot Jesuitas Gallos, qui in aulæ obsequiis erant, & universam nationem Lusitanam accusavit. Imperator videns primo accusationis capite eam rem peti, quam ipse jussisset, fidem etiam alteri non habuit, quod si ei persuasum fuisset, minime dubium est, quin portus Macaensis una cum urbe, quæ Missionariis janua haetenus in Chinam erat, Lusitanis adimendus furerit. (264) Nihilo felicius alter Legato conatus

cef-

---

(263) De hoc actu Turnónii, ita episcopus Ascalionensis ad regem Lusitanæ : *il n'y a que ceux qui ont vécu quelque temps à la Chine, qui puissent comprendre à quel point une action semblable peut irriter les Chinois. Ils en furent en effet si choqués, qu'ils résolurent de porter leur accusation contre le Mr. Patriarche au Tribunal des rits lequel est un des six Tribunaux souverains de la Cour.* Mais les Jésuites, beaucoup de peines, les appaiserent enfin, & l'accusation ne fut point présenté. (263) Episcop. Ascal. cit. epistola ad regem Lusitanæ. Il arriva d'autres incidents, où les choses se passèrent d'une manière fort désagréable à l'Empereur & aux Princes ses fils : sur-tout lorsque Mr. le Patriarche mal conseillé présenta une accusation par écrit à l'Empereur contre quelques Jésuites François & contre toute la nation Portugaise. Mais comme il étoit évident à ce Prince, que la première accusation n'avoit nul fondament, parcequ'elle tomboit sur une chose qu'il avoit lui-même ordonné, cela ote toute créance à la seconde, à laquelle si l'Empereur avoit eu quelque égard, on ne devoit pas moins apprêhender que la ruine entière du port de Macao & cette ville qui a été jusqu'ici la porte la plus sûre pour l'en-

cessit. Cum rursus ad Imperatorem admissus esset, rogaverat, ut indulgeret Pekini resistere personam, ut ajebat, *perspectæ prudentiæ, integratæ, ac doctrinæ, quæ etiam esset superior omnium Europæorum, possetque satisfacere desiderio suæ Beatitudinis, & servitio suæ Majestatis, & perfecte regulare istam Missionem, quam tantopere fovent patrocinium, & benevolæ documenta charitatis, vestræ Majestatis,* (265) hoc est, ut paucis dicam, locum Nuncio apostolico Pekini quærebat. Id quoque negavit Imperator, &, cur negaret, rationes copiose reddidit. Ex peritioribus Missionariis tam solidæ videbantur, ut, si Imperator sponte Nuncium apostolicum petiisset, Turnonio omni studio enitendum fuerit, ut id impediret, cum ad destruendam Missionem nihil magis accommodatum esset, quam hanc novitatem, & in tale Imperium invehere. Nihil tamen hæ rationes apud Turnonium valuere: in querelas effusus, Jesuitas hujus repulsa autores esse suspicabatur, & in dies majora aversi ab eis animi indicia dabat. (266) Cum hic ei conatus non successisset, aliam viam inuit, & scripto

L'entrée de ces Missions, auroit été enlevée aux Portugais. (265) Diarium supra cit. §. IV. (266) Memorata episcopi ad regem Lusitanæ epistola. Ces raisons en effet sont si solides que les plus expérimentés Missionnaires sont persuades, que quand même l'Empereur de son propre mouvement le voudroit, établir, il ne seroit pas du bien de la Mission de l'accepter. Rien au fond ne seroit plus propre à en causer la risine entière qu'une pareille nouveauté dans une Empire tel que celui-ci. Tout ce qu'on put représenter à Mr. le Patriarche ne fut pas capable de la calmer. Il persista dans ses plaintes, & dans le soupçon où il étoit, que les Jésuites avoient contribué à faire échouer un dessein, qu'il regardoit comme d'une extreme conséquence: ce qui augmenta l'éloignement & la défiance qu'il avoit déjà marquée à leur égard.

to libello orabat, ut sibi liceret domum Pekini comedere: nec hoc concessum est: hinc rursum suspicio in Jesuitas recidit, quæ mox aucta fuit, cum videret, ab Imperatore munera Pontifici deferenda, P. Bouvet Jesuitæ, & D. Sabino Mariani tradita, ac Bouveto primas in obseunda hac legatione delatas esse. Turnonius Jesuitam viro Ecclesiastico prælatum esse, impatienter ferens, voluit, ut D. Mariani primum Legationis, Bouvetus vero secundum locum tenerent: quo comperto Imperator utrumque una cum muneribus ex itinere, quod jam ingressi erant, scripto in hæc verba mandato revocari jussit. (267) *Ego Imperator gratissimum habens, quod summus Pontifex, virtutis cultor, ex tam longinquo buc misisset, statim dona regia Pe-*  
*cim, (Bouvet) & Xa-quen-gan (Mariani) committens ad summum Pontificem delegaveram.* Verum considerato modo vili, & temerario, quo To-lo (Tournon) se gessit, postquam profecti sunt perpetuo homines accusando, deque sineesis Imperii doctrina, & consuetudinibus mala loquendo, is nullatenus habet Magnatis delegati speciem. Se quidem dicit Legatum summi Pontificis, & nullum signum suæ Legationis babet, (268) & quamvis, qui hic sunt, antiqui Europæi sponsores se præsentent, quod To-lo sit vere a summo Pontifice delegatus, his tamen eorum dictis, tamquam veris, fides adhiberi non potest. Quæ cum ita sint, revocentur P. Bouvet, & D. Sabinus Mariani, donaque regia assertur. Postquam buc verus summi Pontificis Le-

ga-

(267) Diar. cit. §. IV. Mandatum exstat in La verità e l'innocenza de' Missionarii &c. pag. 133.

(268) Re vera nuspian me legisse memini, literas fidei publicæ, seu, ut vocant, *credentiales* ab illo exhibitas fuisse. Qua de causa etiam episcopus Macaensis jurisdictionem Turnonii non agnovit.

gatus venerit, tunc re illa dilucidata, dona regia  
mittere non tarde erit. Igitur palatii scriba Pur-  
Jay eques iterum mittatur, qui P. Bouvet, & D.  
Sabipum Mariani una cum donis regiis buc revocet:  
nulla, quod mirum videri potest, rei male gestæ  
causa in summum Pontificem rejecta, ferturque co-  
ram suis dixisse: ubi vis gentium reperiri Ministros,  
qui magis suo judicio rem sibi commissam ament  
gerere, quam eorum, a quibus missi sunt, utili-  
tati studere, sibique fere persuadeant, se esse do-  
minos, qui nulli rationem factorum reddere ob-  
stricti sint. (269) Abhinc in Imperatore significatio  
benevolentiae, & in Legato illius percolendi studi-  
um refrixit. Ita Legatio Turnonii, quæ satis fe-  
liciter copta erat, pene in tricas, parum & sua  
quam gerebat persona dignas, nec loco, nec tem-  
pori oportunas, desit. Fuere, qui optabant, ut  
Turnonius parem zelo prudentiam in obita Lega-  
tione juxxisset: certe Leibnitius magni vir judicii,  
multa in eo desideravit, quæ ad eas res, quarum  
causa ad Sinas missus erat attinebant. (270) Di-  
flicuit quoque cum Imperatore agendi modus: nar-  
ratio, inquit, rerum a Cardinali Turnonio actarum,  
etsi a dissentiente, a viro tamen gravi, nec certe Je-  
suita profecta, multam habet speciem veri, & puto  
ab episcopo Cononensi ipso non negari, Cardinalem non  
satis circumspecte, aut reverenter egisse apud Monar-  
cham Sinarum: cumque postea audiret de alio Le-  
gato ad Sinas mittendo consilia Romæ agitari, di-  
cebat: quærendus erit aliquis, cuius zelus mi-  
nus habeat ardoris, quam Turnonius. (271)  
Sed

(269) Réponse au livre intitulé, extraits &c. pag.

(270) Tom. V. operum pag. 504. ad D. de la  
Groze scribit: J'ai toujours trouvé le procédé  
de ce Cardinal plus inconvenable à un saint vision-  
naire, qu'à un homme dont le zèle fut réglé par  
la science (271) Tom. IV. pag. 161.

Sed id utcunque fuerit, *Cham-hy* majorem Pontificis, quam Legati, rationem habens, Turnonium die 28. Augusti anno 1706. eadem pene magnificientia, qua ante eum acceperat, ab se dimisit.

## §. XLVIII.

Pekino discedens, regiis navibus Nankinum pervenit. Hic cum moratur, Imperator die 19. Decembris edito decreto statuit, ne quis Europaeorum legem Christianam deinceps promulgare ausit, nisi jure jurando fidem fecerit, se perpetuo in China mansurum, et praxim Ricci sequiturum esse, nullique Missionariorum apud Sinas manendi potestas facta, nisi scriptum diploma ab Imperatore obtinuisse. Itaque cum periculum universae rei Christianae ingrueret, episcopi, & Missionarii omnium ordinum pro eo impetrando, Pekinum certatim convolarunt, (272) rati, ad tempestatem hanc sedandam id unum supereesse, ut Imperatori mos geretur, praesertim quod Turnonius responsa sacrae Congregationis hactenus non vulgasset. His ille nunciis percusso, decretum de ritibus Nankini anno 1707. die 25. Januarii promulgavit, & inter ceteros Missionarios, quinque etiam Jesuitas, tot enim in ea urbe erant, ad id servandum jure jurando compulit, qui omnes postea, quam id ab Imperatore cognitum fuit, e China ejecti sunt. Cujusmodi autem decretum id fuerit, eo loco, ubi responsa Congregationis promam, commodius dicetur, ut, quantum haec ab illo differant, melius possis cognoscere. Id solum hic memoro, fuisse in eo certas regulas praescriptas, secundum quas, si de ritibus sinicis ab Imperatore interrogarenur, omnibus respondendum esset, quas episcopus Ascalonensis magis ad exacerbandum, quam pacandum Imperatorem, tum ad destruendam religionem accom-

---

(272) La verità e l'innocenza de' Missionari etc.  
pag. 116. 20. et 22.

commodatas fuisse, ad regem Lusitaniae perscripsit, (273) cum tamen alia via iuri potuerit, qua nec Imperator offensus, nec præjudicium religioni creatum fuisset. Ceterum Turnonius non perinde, ut putabat, episcopos, et Vicarios apostolicos sibi obsequentes habuit, qui magnitudine discriminis, in quo religio versabatur, permoti, summum Pontificem appellaendum &, quoad nova ex urbe responsa adessent, promulgationem mandati Turnonianii, nullius vigoris esse declararunt. Inter hos Frater Alvarus Benavente, episcopus Ascalonensis gravi epistola Legatum convenerat, prolixe ostendens, quanta mala religioni ex ejus mandato sequutura sint, Imperatore alioquin jam offenso, cuius haud ita pridem documentum dedisset, cum D. Maig ot China exesse jussio, Missionarios ad servandam Ricci praxim edito diplomate coegit. Quapropter, subdit, nomine meo, & omnium fidelium hujus provinciae, pro quibus vocem, & cautionem praesto de rato, & grato, appello ad sanctissimum dominum nostrum Papam ab executione prædicti decreti, quia continet gravissima, & irreparabilia gravamina Ecclesie universae hujus regni nocitura. Equidem dicta responsa (quæ Turnonius suo decreto inseruerat) Imperatori danda, loquendo cum reverentia, sunt prorsus intempestiva, & non ad Dei gloriam propagandam, sed solum ad iram Imperatoris provocandam in fidem apostolicam, & legem Christianam deserviunt. Nam cum ex una parte notum esse debeat Illustrissimæ & Reverendissimæ Dominationi vestræ ejus dictum decretum, imo & illud, quod in eo a sede suprema supponitur emanatum

(273) In memorata epistola: Ce qui est certain c'est que ses règles n'ont rien propres qu'à affirmer l'esprit de l'Empereur, & à perdre la religion à la Chine, au lieu qu'on pouvoit trouver des moyens de répondre sans exciter la colere de ce Prince, & sans porter aucun préjudice à la Loi evangélique. K

rum circa præfatos articulos, lata fuisse ex præsumtione, & insinuatione eorum, qui in lingua, & sinicis characteribus putabantur periti, & con sequenter præsumtione diruta, et imperitia detecta, reformabilia, & renovabilia sint, & ex altera parte notum quoque sit Illustrissimæ & R. R. Dominationi vestræ, se ipsam proposuisse Imperatori prædicto Illustrissimum D. Carolum Maigrot episcopum Cononensem -- tamquam doctum, & peritum in litteratura sinica, ad reddendam rationem de prædictis ritibus controversis, & Imperatorem eum admisisse, et simul præcepisse, ut rationem suarum opinionum in scriptis exhiberet, eaque propter illustrissimum Cononensem duas scripturas, ad proprias opiniones probandas eidem Imperatori obtulisse. Verum factum est, ut illis scripturis nihil, vel pene nihil probaverit, vocatusque ab Imperatore, ut coram ipso rationem eandem redderet, nihil, quod facere posset satis, protulit, imo deprehensum est ab Imperatore, quod Illustrissimæ, ac R. R. D. vestræ, ipse per decretum datum 3. Augusti anni proxime elapsi (1706.) aperuit, & hic pudet in severo, (274) idque etiam denuo patuit, cum judi ca-

(274) Id sic habet. Vos hoc mandatum meum declarate Yen-tam (D. Maigrot) & Fam-cheu (D. Guetti) ex eo, quod Tolo (Turnon) mihi dixit, vos perfecte intelligere libros sinicos, & posse eorum sensum exponere, ego Imperator vos ex urbe regia huc (in Tartariam) evocavi, ut id ipsum probarem: non potuistis ex libris dictis Su-chu recitare unum articulum & dixistis, non esse consuetudinem in Europa libros addiscere memoriter, & cum petriisset, utrum possetis explicare inscriptionem quatuor litterarum ad parietem in medio appensam, neque intellexistis, neque potuistis explicare illarum sensum, quin vero ex quatuor litteris duas non novistis. Insuper cum tibi præcepisset, ut hoc ipsum scriptum, quod

caretur a judicibus regiis, simul cum duobus Literatis Fockiensibus, qui olim fuerunt ejusdem D. Cononensis in litteratura sinica magistri, nam præsente ipso assuerunt, quod jam ante annos quatuor eos dicere audivi, videlicet, se non doouisse predictum Dominum libros sinicos in eo sensu, quem ipse tenebat, nam talem sensum non ab iis, sed a P. Varo Dominicano ipse usurpaverat, nihil ad hoc D. Cononense reponente. Quapropter fuit ab Imperatore rejectus, & declaratus per bina decreta ignarus in lingua, & characteribus, & potiori jure in intelligentia librorum canonicorum. (275)

K 2

Et

quod mihi obtuleras, explicares, etiam non potuisti. Quæ cum ita sint, quomodo Tolo potuit mihi dicere, te perfecte intelligere libros sinicos? La Verità, e l'innocenza de' Missionarii &c. pag. 128. (275) Non possum non hoc loco protestationis Maigrotianæ meminisse, quam Servy cit. op. pag. 340. inferuit. Ne tamen (ita D. Maigrot) hac mea confessione, & declaratione, uti ceteris rebus solent, RR: PP. (Jesuitæ) abutantur, seque inde victoriæ consequitos esse clamitent, declaro, & protestor, me paratum esse coram Excellentia vestra, tamquam Judice competente, his de rebus cum PP. Jesuitis agere quando & quoties decreverit. Et quantum is imperitus sim, causam Dei, adeo certa illa, & evidens est, divina juvante gratia sic defensurum me esse confido tam ex sinicis libris, quam ex libris ipsorum Jesuitarum, ut RR. PP. si non ad silentium saltē ad incitas redigam. Præterea ex eo, quod disputationem coram Imperatore refugiam, & ex quacunque re, quæ hac occasione contingere posset, si quid præsertim in religione malū eveniat, protestor, id nullatenus in me, qui adatus, & contra meam voluntatem iter aggredior, (in Tartariam) sed in PP. Jesuitas, hujus violentie autores, recasurum. Aëtum Pekini die 27. Julii 1706. Sive vera, sive conficta sit hæc protestatio, illud, ni fallor D. Maigrot, & cum

*Et merito, cum omnes Europæi, etiam qui eident intelligentiæ per multos annos operam dedimus, impares simus uni ex gregariis Baccalaureis, quod nullus amator veritatis Missionarius inficiari valet. Quapropter nequit gravissimum scandalum non generari in animo Imperatoris, & aliorum litteratorum aulicorum, videntium se parvi pendit, ac viro extero, & illitterato postponi, & non modo a sancta sede non exaudiri, verum nec audiri &c. Ad calcem vero epistolæ: propter quæ, ait, & aliis de causis notoriis denuo appello ad SS. D. nostrum Papam ab executione hujus decreti, ejusque gravaminibus, ac excommunicatione in eo lata, & insuper ab eiusdem declaratione, & ab Illustrissima D. vestra instanter, & instantissime, & quoties de jure opus fuerit, peto Apostolos ad hanc appellationem prosequendam coram Sanctissimo, & in eventu denegationis, tamquam a gravamine mihi, & fidelitus hujus provinciæ -- injuste de novo illato, iterum appollo, ad eundem SS. D. nostrum, & instanti-*

---

*cum eo Serry, vult evictum, Jesuitas in causa fuisse, ut is in Tartariam ab Imperatore evocaretur. At, si is non fuisset a Turnonio invititus Jesuitis Pekinum accersitus, & a peritia literaturæ sinicæ Imperatori commendatus, nunquam in Tartariam quoque evocandus erat. Fuisse autem Jesuitas invitatus, ut is Pekinum evoceatur, patet ex eorum libello, quo Legatum orabant, ne D. Maigrot ad cognitionem causæ vocaret. Nos, dicebant, reverenter quidem, sed tamen diu contra tales citationes excipimus: nam primo negavimus nos in hoc recognitionis negotio partem habere, aut adversarium agnoscere episcopum Cononensem — secundo objecimus enormem locorum distantiam ab urbe Fo-tcheufu, in qua habitat episcopus Cononensis plus quam 500. leucis ab hac aula distante. Vid. La Verità &c. pag. 125. An vero fuerit Jesuitas ex libris sinicis ad incitas redacturus, satis declarant,*

*tissime peto Apostolos ut supra, & quia Illustrissima D. vestra abest, hauc appellationem facio juxta juris dispositionem coram viris honestis, videlicet Patribus Ioanne Fernandez Serrano, Didaco a S. Rosa, & Michaeli Rosa; ordinis Minorum in hac urbe kan-cheufu, die 13. Aprilis currentis anni 1707. nempe die sexta post, quam pervenit ad me am notitiam supra dictum decretum. In quorum fidem praesentes manu propria subscribo. Frater Alvarus episcopus Ascalonensis, Vicarius apostolicus provinciae Kiam-si: (276.) Scripsérat similiter ad regem Lusitanie, rationesque, cur viam appellationis eligendam esse putaverit, prolixè explicat, rogavitque aliis litteris (277) ut ea, quæ annis 1688. & 89. de negotio sinensi ad supremum Consilium scriplisset, considerare, & examinare ne gravaretur, tum vi-*

K 3

su-

---

rant duo Imperatoris decreta, quibus linguae & characterum sinicorum ignarus palam declaratus fuit. Futilis igitur hæc declaratio est, & ejusmodi hominis, qui quod imprudenter intravit, aliis exedendum permittit, & ardente jam domo, non ad sopiaendum incendium, sed in indagando incendi autore, operam locat. (276) Actus appellationis inter acta causæ rituum Parte II. apud Joan. Bapt. Schönwetter. fol. 26. (277) Réponse au livre intitulé, extraits &c. P. III. Supplém. pag. 149. ubi inter reliqua hæc legas: *Je m'étonnai d'abord, qu'une resolution de cette nature, qui pouvoit causer la ruine entiere du Christianisme à la Chine, & en faire chasser tous les Missionnaires, eut été prise par un Prélat qui n'avoit encore aucune connoissance des loix & des usages de l'Empire, & qui ne pouvoit pas juger des matières qui font le sujet des disputes &c.* (278) Datae sunt anno 1707. die 7. Dec. excerpto præcipua. Mr le Patriarche est entré dans la Chine prévenu de beaucoup de préjugez & de fausses informations qui l'empêchoient de connôitre la vérité. Il a agi en tout

surum aperte, Turnonium, ut præjudiciis præven-tus in Chinam venerat, ita iisdem, si non majoribus imbutum ex ea excessisse, tum sibine plus de-ferendum sit, an Seminarii Parisini alumnis, qui non solum sermonibus suis curiam Romanam terri-tare conati sint, sed oppressæ etiam apud Sinas re-ligionis causa essent. Eodem modo Ioannes de Ca-sal, episcopus Macaensis, decreto Turnoniano so-lenni verborum forma intercessit. (279) Turnonius

x-

tout ce qu'il fait comme un homme prévenu n'écou-tant en rien ceux qui avoient plus d'expérience que lui, & il sort de la Chine encore plus prè-venu & moins capable de voir la vérité, qu'il n'y est entré, parcequ'il attribue à d'autres le mau-vais succez de tout ce qu'il a entrepris au lieu de se l'imputer à lui-mêmz. — — Si il plait encore à votre Majesté d'ordonner, qu'on exami-ne les dépeches des années 1688., & 1689. qui sont à la secrétairie de votre supreme Con-seil, & les informations des Philippines de l'année 1690. ou pourra se savoir de quelle maniere j'ay coutume de proceder dans les informations que je fais. Et c'est après cet examen, que le prie votre Majesté de former son jugement sur celles que j'ay l'honneur de luy envoyer, & que j'envoye aussi à Rome. Elle pourra voir si elles ne meri-tent pas pour le moins autant de créance, que tous les discours de Messieurs du Séminaire de Pa-ris, par ou ils ont tâche d'etourdir la Cour de Rome, & qui sont la cause du renversement de cette Chrétiente comme nous l'éprovons déjà. Et in fine addit: Si votre Majesté veut bien faire repré-senter par son Ambassadeur à sa Saintete tout ce que j'ay l'honneur de vous écrire, cela pour-ra faire, qu'on écouterera avec quelque précaution les informations de Mr. le Patriarche, & qu'on viendra enfin à connoître, qu'il seroit dangereux de s'en tenir à ce, qui sera exposé par celuy qui dans le fond a presque tout perdu. (279) Anecdotes sur l'état de la religion dans la Chine &c. Tom. III. pag. 187. &c.

ægre ferens episcoporum, ut dicebat, contumaciam, Ascalonensem episcopum, quam primum poterat, convenit, egitque cum illo partim blanditiis, partim minis, ut a proposito suo, Pontificem appellandi desisteret, si minus, certe alias causas substitueret. (280) Sed cum frustra is conatus esset, Nankino Cantonem profectus est, & hinc Macaum parans, inde in Europam solvere cogitabat. Sed haud multo post decretum Imperatoris die 19. Junii anno 1707. signatum a duobus Mandarinis allatum est hujus tenoris. (281) *Quando (ad) aulam advenisti, interrogatus, ad quæ advenisses, dixisti, nullum allud te habere negotium, nisi gratias mihi referre nomine summi Pontificis, de beneficiis collatis Missionariis, deinde alia fecisti.* (282) *Vere non sum contentus: perge igitur Macaum, ibi exspectaturus redditum Patrum Barros, & Beauvollier, tunc determinabo.* Hos enim Imperator, post revocatos ex itinere (§.47) P. Bouvet, & Sabinum Mariani, Romam cum documentis litterariis misit, quibus acta Turnonii continabantur. Mandarinii celeriter Macaum profecti, quid Imperator constituisset, Præfectum urbis, ac

K 4

Se-

(280) Episcopus Ascalonensis ad regem Lusitanæ cit. epist. Il (le Patriarche) reçut mon Aste d'appel environ le 20. Avril, & il parut fort mécontent. Le 17. Mai il arriva à la Eglise où j'etois. Aussi-tôt il mit en œuvre les caresses les menaces & tous les autres moyens dont il put se servir, pour m'engager à me desister de la démarche que j'avois faite. Mais n'en pouvant venir à bout il me pria de supprimer du moins ou de changer les causes, que j'allegouis de cet appel. (281) Dandi relazione del penosissimo carcere e della preziosa morte dell'Eminentissimo Signore Carlo Tomaso Maillard di Turnon &c. pag. 4. Forojulii 1712. prodit idem opus iam prius Romæ 1711. (282) Mandatum Turnonii, quo ritus vetuit, indicat.

Senatum docent, jurare coactos, Legatum eo usque se servatuos, donec Imperatori visum fuerit. Turnonius tempori cedens, sine mora Macaum se contulit, & apud Franciscanos domicilium interea fixit. (283) Praefectus urbis, fidei, quam Imperatori obstrinxerat, memor, &, quod ab Legato sacris omnibus interdictus esset, irritatus, domum Turnonii excubiiis militaribus honoris quidem, ut apparebat, causa, re autem vera ne inobservatus elaberetur, custodiri jussit. Hinc simultates ortae, tum aperta dissidia. Turnonius schedam excommunicationis ædibus episcopi affigere, hic contra Turnonium excommunicationis sententia percellere, ite illum vicissim censuris Ecclesiasticis innodare. (284) Ita sacrum bellum obortum est, urbe, ut in dissidio fit, bifariam divisa, pars eaque minor Turnonio, pars major Praefecto & episcopo urbis favebat, hæc ab illo, illa ab episcopo poenis Ecclesiasticis quovis fere die perstringebatur; quo factum, ut Praefectus urbis immemor Christianæ mansuetudinis, Turnonium non solum arctius custodiri juberet, sed apud militiæ Sinensis Praefectum efficeret, ut Christiani Sinenses, qui illi gratuitam hactenus operam locabant, decreto publico amoverentur. Ita omni pene hominum auxilio destitutus anno 1710. die 8. Junii obiit. (285)

### §. XLIX.

Tristia hæc sunt, nec facile eorum tibi mentionem facturus eram, nisi rerum consequentium narratio id exegisset. Accipe nunc jucundiora. Continuator Fleuryanus & Serry rursus in scenam prodeunt, fabulam acturi. Maigrotum jam supra indicavi exulare jussum suis-

(283) Clemens XI. in bulla anni 1711. (284) P. Werkmeijster epist. ad Assistentem Germaniæ apud D. de Murr, Journal &c. Tom. VI. pag. 179. (285) Non item anno 1711. ut Mosheimius cit. op. erronee scribit.

fuisse, additi ei sunt socii, D. *Guetti* ex horologiopego factus sacerdos, & theologiae baccalaureus, tum D. Mezzafalce Vicarius apostolicus. Edictum Imperatoris, Continuator historiae suæ ad annum 1706. intexit. Ecce illud. *Pen-tang*, (Maigrot) *Tang-cheu*, (Guetti) *Honato* (Mezzafalce, id tamen mihi videtur erroneum) in sua agendi ratione sunt homines turbidi, talisque genii, ut illos diutius in provinciis morari nulatenus concedi possit. Tadantur ergo militari curiae, quæ cuidam Mandarino negotium dabit, ut eos quantocius Cantorum deducat, inde vero abstractos, *Zungtu* & *Proregi* consignet, ut illos Macaouum transferri current, & nullo pacto permittant, ut vel unquam in sinense regnum pedem referre possint. &c. Hæc ille. Verum, quæ huic edicto præmittit, subditque, plena errorum sunt, & male sibi cohærent. Affirmat enim, Imperatorem Antonio Thomas vice provinciali, & Francisco Gerbillon Generali Jesuitarum Gallorum in mandatis dedisse, ut id edictum ad superiorem Dominicanorum transmitterent, qui id actum scripta ad illum epistola, quam isthic recenset, prætiterint. Quam ludicre! primum enim Jesuitis Gallis in China morantibus alium a Romano, qui universæ societati præfuit Generalem præstituit, an vir Carmelitani ordinis ignoravit, religiosorum familiis unum dumtaxat suprema potestate solere præfici? deinde epistola sine die & consule est, nec cui nominatim inscripta & ad quem locum missa sit, uspiam vestigium extat, denique sua unius autoritate Jesuitas in apparitores Imperatoris transformat, œconomiæ, quam Sinæ in politicis observare solent, plane ignarus. Certe Imperatores sinenses edicta sua non per Missionarios, sed Mandarinos vulgare, & per horum bajulos aliorum mittere consueverunt, tum quid Superioris Dominicanorum intererat scire, Maigrotum cum sociis e China exactum esse? si is, ejus

ejusque socii e familia S. Dominici fuissent, ne-  
cunque veri speciem & Imperatoris mandatum Je-  
uitis datum, & scripta ab his epistola haberet, at,  
cum nihil Superiori Dominicanorum cum exilibus  
commune fuerit, apparet sane, quid quid hoc lo-  
co scriptor hic concessit, manifestas suppositionis  
notas præferre. Illud autem, quod idem secundo  
loco ex corollariis isthic posuit, satis declarat, eo-  
rum, quæ præmiserat, parum memorem fuisse.  
Nam Imperator eo edicto, quo Maigrotum exula-  
re jussérat, præcepit etiam provinciarum Præfectis  
current insuper, ut deinceps serio invigiletur, utrum  
*Europæi*, qui apud vos sunt, Piao sint muniti, si-  
que ejusmodi litteras habeant libere pertransire per-  
mittantur, eos tamen, qui illis destituti sunt,  
*Zungtu*, & Proreges in Sinis morari non permit-  
tant. Fas igitur erat iis, qui *Piao*, seu, ut Con-  
tinuator explicat, publicæ securitatis litteras habe-  
bant, in China manendi, sed non fuit quoque  
vetitum, ut, qui has litteras habebant, in Eu-  
ropam, si vellent, redire non possint, proinde nihil  
impediebat, quo minus Pontifex suæ definitioni  
repugnantes ex Sinis revocare potuerit. Quamquam,  
quæ hæc Pontificis definitio fuerit, & qui ei-  
dem repugnarint, non assequor, credoque, ipsum  
hunc scriptorem, quid sibi velit, non satis intelli-  
gere. Anno enim 1706. quo is hæc concessit,  
decretum Congregationis anni 1704. nondum in  
Chinam pervenit, cum ipse Turnonius anno pri-  
mum sequente, hoc est, 1707. die 25. Januarii  
suum Mandatum more solum provisorio Nankini  
vulgaverit, ignarus adhuc, quid Romæ cōstitu-  
tum fuisset. Itaque ad id usque tempus Decret  
Inocentii X. (§. 21.) & Alexandri VII. (§. 22)  
pro varietate *expotorum* Missionarii impune ut  
Clemens IX. constituit, (§ 30) se conformare po-  
terant, quin inter repugnantes nullo suo merito  
cenferentur. Ita hic auctor cortices nobis pro-

nucleis vendere solet. — Verum Serry, alter in hac scena fabulæ actor, majora molitur. Hic si dem Diarii rerum a Turnonio in China gestarum &c. quod Antonius Thomas nomine sociorum conscriperat, elevare contendit; & plenum cumniis esse queritur. Audi illum. *In præsentiarum, ait, donec prodeat sincera & fidelis rerum apud Sinas gestarum relatio, satis est obiter monere præfatum, quod obtruditur, Diarium nihil aliud esse, nisi Antonii Thomas Jesuitæ epistolam, Pe-Kinò Romam ad suum Præpositum Generalem i. Nov. 1706 transmissam suppressò sui nomine, ne verus ejus autor agnosceretur, quod quidem ad diluendam calumniam satis esset. Hæc itaque epistola ad alliciendos curiosorum fautorum animos sub nomine Diarii, & Diarii exactissimi Pekino transmissi circumfertur. Quin imo, ut id facilius persuaderent, paulo post ex præfata epistola breve compendium rerum apud Sinas gestarum, artificiosam nimirum calumniarum collectionem, extraxerunt, illudque Italicò sermone, ut ab omnibus intelligeretur, evulgarunt, — illius epistolæ principium, & finem data opera occultantes, ut nemo, nec maligni Diarii conditores, nec modum, quo illud considerunt, agnoscat.* (286) Calumnias hic vides satis larga manu oggeri, sed nullam nominari, aut tenui ratione doceri, nisi forte id in calumniæ loco is ponit, quod auctor diarii nomen suum suppresserit. At, si suppressit, unde Serry rescivit, autorem diarii esse Antonium Thomas, si is nec diario subscriptus, nec in edito nominatus suit? detur tamen hoc illi: verum si scriptum quocunque idcirco calumniæ convinci potest, quod auctoris nomen non præferat, necesse est, ut omnia scripta, quæ Serry in

---

(286) Cit. op. Tom. VI. pag. 139.

in causa sinica partim ficto, partim suppresso nomine edidit, calumniis plenissima sint. Nempe non vedit hic homo manticam post cucullum pendere. Nec quod diarii compendium italica lingua prodierit, quidquam commune cum calumnia habet, nisi velimus Dominicanorum libellos, quos italico sermone sparserant, ut Jesuitarum nomen per ora vulgi circumferrent, ad calumniarum genus revocare: epistolæ autem principium, & finis, nihil ad res Turnonii geitas attinebant, itaque sine piaculo, & citra calumnia notam omitti potuere.

A diario saltum facit ad similitates inter Turnonium, & episcopos, præsertim Ascalonensem, exortas, earumque causas in Jesuitas conjicit ex fragmendo epistolæ, si superis placet, Turnonianæ. En illud. (237) *Vires omnes intenderunt*, (Jesuitæ) ut tres episcopos, Pekini, Ascalonensis, & Amacai (Macaensis) ad non obediendum, & ad appellandum inducerent. Primus acriter tentatus, strenue resistit, suosque Franciscanos in officio continuit, qui coram regulo debitam decreto obedientiam protestati sunt. Constantia tamen hæc multum illi stetit: Jesuitarum enim ira in eum exarsit, qui per epistolam se illius hostes declararunt, subtractaque est pensio, quam Lusitanicæ rex quotannis illi persolvebat. Alter obtemperavit primum, sed mox temptationi cessit, et contra decretum appellavit, magnam propterea apud aulam Imperialem gratiam iniens, cui eam tribuit, quam Ecclesiæ detrahit, autoritatem de fidei controversiis judicandi. Desertus tamen est ab amicis, a conterraneis, ab iisis met suis Augustinianis, Jesitarum arbitrio, et patrocinio derelictus. Episcopus hic est alumnus Jesitarum, in Eboracensi Seminario educatus. Tertius

tius demum harum controversiarum omnino ignarus, (288.) qui inconsultis Jesuitis nil agit, audacter appellavit repugnantibus ceteris Amacai regularibus, qui in Consultorum conventum eo fine admissi fuerunt, ut, si suffragio in eandem cum Jesuitis sententiam ivissent, episcopi appellatio non Jesuiticæ institutio- ni, sed ceterorum regularium confessioni tribueretur. Etsi pro voto eis res non cessit, adversarios enim na- chi sunt, quos consensuros sperabant, nihil tamen mi- nus ipsi sofi suis insinuationibus episcopum iuduxe- runt ad appellandum, quodque gravius est, ad insur- gendum contra apostolicam jurisdictionem, quam om- nes usque ad id tempus in me fuerant venerati. Un- de innumeræ consequita sunt absurdæ et turbamenta plurima, prout videre est in duabus, quas submitto, excommunicationis sententiis, quæ quidem facinora non solum a P. P. Jesuitarum audacia ortum habue- runt, sed et ab eorum præpotenti autoritate, ac pra- vo exemplo majores vires in dies aquirunt. Datum epitolæ est, Macai 1707. mense Decembri, quod ut ne tibi sinas elabi, moneo. Vides in hoc frag- mento Jesuitas secundum genii tui gustum eleganter depictedos, nec dubito, quin in istorum sententiam manibus, pedibusque, et quidem concitatis, eas. Verum, si id critico oculo scrutari velis, agnosces facile, illud vel ab Serryo, vel alio rerum ignaro sartore confibulatum esse. Ordiamur. Primum episcopus Pekinensis, fuit is Bernardinus ab Eccle- sia, dicitur decreto Turnoniano cum suis Fran- ciscanis obedientiam, et quidem coram regulo præ- stitisse. Coram quo regulo, et cujus provinciæ? civitas Ling-cing, ordinaria sedes est episcopi Pekinensis, non longe a metropoli remota; provincia autem Pekinensis, cum aulae peculiariter subsit, regulo caret, et soletne decretis Ecclesiasticis obe- dientia coram ethnico, et apud Sinas præstari?

con-

---

(288) Magis tamen gnarus, quam Turnonius,

conjice hinc, quantopere consibulator hujus frag-  
menti confessim in principio coecutiverit. Deinde  
episcopus Pekinenis aut nunquam decreto Turnoniano  
obedientiam præsttit, aut certe præsttit cum  
perjurio. Cum enim nemini Missionariorum fas  
fuerit in China manere, nisi jure jurando promi-  
sisset, se proxim Ricci servaturum, ac propterea  
*Piao*, hoc est, decretum ab Imperatore obtinuerit,  
(§. 48.) interque primos, qui se pro eo impetrando  
Pekini stiterant, fuerit episcopus, (289) li-  
quet, eum nisi cum perjurio obedientiam decreto  
Turnoniano, quod praxi Riccianæ oppositum erat,  
præstare non potuisse. Habes rursus coecutientem,  
et in subtracta episcopo per Jesuitas pensione, utro-  
que oculo coecum. Ini mecum rationem temporis,  
tum officias has ridebis. Turnonii decretum Nan-  
kini vulgatum est die 25. Januarii, id ut episcopo  
Pekineni in *Ling-cin* redderetur, etsi plus quam  
mensem elabi necesse fuerit, unicum mihi solum  
tribui postulo; itaque in exitu Februarii, vel Mar-  
tii initio id obtinuerit: aliquid etiam Jesuitarum  
epistolæ, qua se illius hostes declararunt, tempusculi  
dandum est: ut vero Turnonius de his omnibus  
Macai in custodia tentus e Pekineni provincia edo-  
ceretur, Aprilem, et Majum præteriisse oportuit.  
Ex his quisque ad subtractam episcopo pensionem

ar-

(289.) Id ipse testatur in epistola ad P. Parrenin  
9. Aug. 1707. ex *Ling-cin* scripta. *Jam in ista*,  
inquit, *provincia in executione positum est decre-  
tum Imperatoris de expellendis Europaeis sine suo  
diplomate repertis*, -- *unde hic non parum mo-  
lestice habuimus*, -- *in recognitione, et transcriptio-  
ne nostrorum diplomatum* -- *P. autem Fernandez  
addidit*, *velle illius metropolis Mandarinos omnes  
nos cum Piao advolare, ut ipsis facie cogniti-  
simus, ne inter nos aliquis, qui ejectus est, de-  
litefacat*. Vide *La verità, e l'innocenza de' Mis-*

si-

arguet : hæc illi sine novo regis Lusitanæ mandato subtrahi non poterat , itaque rursum litteræ Ulys- sponem sive a Macaensibus , seu Pekinensibus Jesu- tis dandæ erant ; hæc ultro citroque , quoniam na- ves Lusitanicæ , quæ stato tempore Macao solvunt , crebro Goam , aut in Brasiliam applicant , ante biennium perferri , & redi non potuere , ut ex itineris ratione perspicuum est , & tamen Turno- nius a 25. Januarii , 1707. ad 10. Decembris ejus- dem anni , hæc omnia jam in comperto habuit , si illius epistolæ fidem habere velis ? o cœcitatem con- fibulatoris !

Nihilo acutior fuit in episcopo Ascalonensi . Ex eo enim capite , quod is alumnus Jesuitarum Ebo- ræ olim fuerit , non recte confit , eum appellatio- nis libellum , ut Serry de suo assingit , *directoribus Jesuitis* scripsisse . Redditum illi est decretum Tur- nonii die 8 Aprilis ; sequente rescripsit , se nolle appellationis medio uti , mox periculum accuratius pensans , mentem mutavit , libellum scripsit , & die 13. ejusdem mensis in urbe *Kam-chen-fu* , (§. 48.) præsentibus testibus signavit . Abest hæc urbs Pekino , nec enim aliis hac in causa Jesuitis uti potuit , plus quam 150 milliaribus , tantum au- tem spacii intra quatriiduum , inde isthuc , & vi- cis-

---

sionarii , pag. 144. Et episcopus Ascalonensis in cit. ad regem Lusitanæ epistola : *un des pré- miers qui se rendit à Pekin* , fut l' evêque de Pe- kin , Dom Bernardin de l' Eglise , ce Frélat ob- tint la permission sans déclarer sa dignité . Deni- que de Franciscanis testatur P. Seravalle Refor- matus in epistola ad P. Joan. Dominicum die 16. Junii 1707. scripta . *Le jour de la Pentecôte nous avons reçu le diploma par grace particu- lière de Dieu , et par la bonne assistance des R. R. P.P. Bouvet , & Tartoux , qui ont fait bien con- noître l'affection que ont pour nous , & pour tous les autres Peres Franciscains de cette province de Cantung.* Ibid. pag. 156.

cissim potuisse confici, conferri cum Jesuitis consilia, & appellationis libellus scribi, quis vel tantillum geographiae gnarus sibi persuadebit. Næ hic Serry a scœndo suo fingendi genio misere destitutus fuit. Sed viri hujus comminiscendi audaciam magis cognosces ex epistola ipsius episcopi, quam ad P. Antonium Thomas anno 1705. die 26. Junii dederat. (290) *Scripti*, inquit, *ad Paternitatem vestram*, — *accepto Domini Patriarchæ editio*, *facto* 25. *Januarii Nankini*, nam id jam accepi iter faciens ad aulam pro diplomate petendo, me appellasse ad sedem apostolicam, & scripturam autenticam misi per famulum ad D. Patriarcham ad nos venientem, & eam accepit die circiter 20 Aprilis prope Nan-chang. *Famulus* *scriptura* *appellationis* *tradita*, *debebat* *transire* *Nankinum* *cum litteris* *pro vestra paternitate*, *et alis*, *principue R. Sylva*; *sed D. Patriarcha* *intercepit* *meas litteras* *ne nuncium meæ* *appellationis* *perveniret* *Pekinum*, & *Nan-king*, *et famulum* *jussit* *secum* *venire*, *nullo* *ad me* *missò* *responso*, *sed tandem* 16. *die Maji* *pervenit* *Nangan*, *ubi* *ego* *eum* *prestolabar*. *Statim*, *ac me* *vidit*, *omni* *conatu* *adhibito*, *ac etiam minis* *tentavit* *me* *inducere* *ad* *deserendam* *appellationem*, *vel* *saltem* *ad* *mutandam* *scripturam* *juxta suum* *beneplacitum*, *et cum* *vidisset*, *me* *a* *proposito* *non de-*  
*sistere*, *imo* *alia* *scriptura* *appellationem* *me* *promo-*  
*vere*, *spe* *dejectus* *me* *satis* *indigne* *tractavit* *ver-*  
*bis*, *operibus*, *ita* *ut* *novam* *appellationem* *intro-*  
*ducere* *sim* *coactus* *a novis* *gravaminibus*, & *me*  
*am* *dignitatem* *tueri*. *Sed* *praedictus* *Dominus* *die*  
*18.* *perrexit* *Cantonem* *ullo* *responso* *ad* *appellationem*  
*dato*, *nec* *ad* *aliam* *scripturam*, *sed* *omne* *jus* *procu-*  
*cando*, *et* *omnia* *clamoribus* *implendo* *discessit*, *quid*  
*valde* *cavet* *ab* *omni* *scriptura* *active* & *passive*, *ut*  
*omni-*

---

(290) La verità e l'innocenza de' Mission. &c. p. 120.

*omnia in Europa a sua simili relatione pendeant. &c.*  
 Si Turnonius litteras episcopi intercepit, ne mun-  
 cium appellationis Pekinum ferveriret, qua fronte  
 Serry affirmare potuit, Jesuitas hujus appellationis  
 directores fuisse, qui de illa nihil prius scivere,  
 quam ab episcopo edocti fuissent? Habes rursus  
 Serryanum ingenium. Ceterum, velim, ut ad mi-  
 nas episcopo intentatas animum tantisper advertas.  
 Si Turnonius factorum suorum recte sibi conscient  
 erat, quid opus fuit minas adhibere, ut episcopus  
 a suo proposito desisteret, vel certe secundum suam  
 voluntatem appellationis scripturam mutaret? nec  
 illud pulchrum, quod litteras ad alios scriptas sua  
 auctoritate intercepit, suppresseritque, & id in  
 China, ubi publica veredariorum securitas, fides  
 que lege regni sancta est. Ut candide, quod sen-  
 tio, dicam, nimis haec male conscientum animum  
 produnt.

Qua vero ratione episcopus Macaensis, Jesui-  
 tarum præpotenti autoritate & pravo exemplo, ad  
 appelandum & ad insurgendum contra apostolicam  
 jurisdictionem, unde innumera absurdæ, & turba-  
 menta plurima consequuta sunt, inductus fuerit,  
 non intelligo; cum quæ Macai ex mutuo inter  
 Turnonium, & episcopum dissidio orta sunt, Cle-  
 mens Papa XI. Laurentio Gomez vicario episcopi  
 non item Jesuitis tribuat. (291) Quod ad jurisdi-  
 ctionem attinet, nequaquam Jesuitæ, sed reges Lu-  
 sitaniæ, tum Proreges, & archiepiscopi Goani in  
 causa fuere, qui scriptis crebro Macaum, & Pe-  
 kinum litteris, exserte vetuerunt, ne ullius ex iis,  
 quos Congregatio de propaganda episcopos, aut  
 vicarios apostolicos, aut denique Missionarios mit-  
 teret, (§. 36.) jurisdictioni mos geratur, nisi se  
 prius Cancellariae Ulyssiponensi itisset. (292)

Nunc

(291) Bulla 1711. edita. (292) Epistola Cajetani

Nunc ut tecum constituas, cupio, an hæc & similia enormiter a verisimilitudine abhorrentia scribi a Turnonio potuerint, & non potius ab ejus obitu, cujuscunque denum dolo, illius nomini fuerint

de Mello Proregis Indiarum ad P. Franciscum Pinto Jesuitam. La natiere dit la notre Dame étant arrive dans ce port, j'ai reçu les lettres de V. R. pleines --- de soumission la plus respectueuse aux ordres de sa Majesté, — qui demandent, qu'on ne reconnoisse ni les Prélats ni les Missionnaires de la Propagande dans les limites de la juridiction de Macao, à moins qu'ils ne soient autorisés par sa Majesté, & que les Prélats n'aient fait enregistrer leurs bulles dans la Chancellerie de Portugal. Ce que je recommande de nouveau à V. R. puisque le contraire tourneroit au préjudice des droits de la couronne & sur tout du droit de Patronage sur ces Royaumes. Et comme les mêmes difficultés se rencontrent dans la Legation du Patriarche d'Antiochie, on ne doit pas reconnoître sa jurisdiction, parceque ce Prélat, n'a pas ce qu'il faut pour être admis comme tel. &c. Datum est 12. Mai anno 1706. Vide Anecdotes sur l'état de la religion dans la Chine Tom. I, pag. 49. sive genuina sit hæc epistola, sive, quod non est insolitum huic auctori, interpolata & corrupta, patet tamen hinc, quam acriter reges Lusitanie suo juri Patronatus invigilaverint, neque ad solos religiosos sua mandata sed episcopos etiam pertinere voluerint, quemadmodum ipse rex anno 1703. ad episcopum Pekinensem scripserat. S'il est vrai comme on me le marque des plusiers endroits, que vous montriez si peu de zèle pour defendre mon Patronage royal sur les Eglises d'orient contre l'usurpation que les Vicaires apostoliques font du droit aussi evident de ma couronné, je re puis m'empêcher de vous marquer mon itonement. Rursus ad eundem: Sa Sainteté comprendra enfin que les Vicaires apostoliques ne servent qu'à la troubler (la Mission) sans parler de l'atteinte que leur ministres donne à mes droits. &c.

rint supposita , quod Marius Guarnacius , (293) nullam ab eo scriptam ex China epistolam memoret , præter eam , quam post obtentam Cardinalis dignitatem , ad Clementem XI. Macao dederat . Adde , quod in epistola , ex qua Serry fragmentum excerpit , impressa dicatur Turini a typographo , qui aliquot mensibus ante obiit , quam illa proelo committeretur . Mirum & illud , quod cum editor prævideret , futuros forte aliquos , qui autographum , epistolæ sibi exhiberi peterent , nodum hunc uno istu secuerit , diserte professus , autographum , editione absoluta , Cardinali Macaum remissum esse . Habet genesim epistolæ Turnonianæ ob quam Serry sibi ereptus ita exultat , ut ille olim in campis gurgustionis . Addo joci causa fabulam , quam idem de D. Maigrot procudit ; dum eum carceri mancipatum , & suorum persecutorum , hoc est , Jesuitarum custodiæ traditum fuisse commentus est , (294) cum tamen non modo ipse Maigrot scriptis die II. Feb. 1707. ad P. Gerbillon Cantone litteris , se Imperatoris munificentia Pekini liberaliter habitum , & duos Mandarinos sibi in itinere ab obsequio fuisse testetur , sed idem etiam D. Mezzafalco , qui cum eodem D. Maigrot China excedere jussus erat , Romæ palam affimarit , miratusque sit , hujus famæ autorem ipsum D. Maigrot fuisse . (295) Atque

L 2

hinc

(293) In vitis Pontiff. & Cardinalium edit. Romæ 1751. Parte II. col. 141. in vita Turnonii (294) Cit. op. Tom. VI. pag. 241. (295) Il a y , scribit , long - tems que je souhaite d'avoir le bien de vous écrire , pour vous faire mes remerciemens , mais outre que je n'en ay pas encore eu occasion , j'ay été Dieu merci , tres - hereux : les deux Mandarins entre les mains desquels nous étions , nous ont traité de la manierë du Monde la plus honête & la plus obligante , & ont pourvu avec une liberalité incroyable à tous nos besoins . C'est un effet de la magnificence de l'Em- quel-

hinc de hujus ingenio conjecturam cape, qui quod in China affirmabat, negavit in Europa, & quos illic defuncto Mandarino ritus exhibuit, hos Romæ superstitionis arguebat.

## §. L.

Supersunt adhuc scrupuli aliquot tibi eximendi. Iegeris sine dubio, rumorem per id tempus vulgatum, Jesuitas in causa fuisse, cur Tur-

no-

pereur, & une suite de la benignité, avec laquelle il m'a traité à Peking. Vide la verità e l'innocenza &c. pag. 165. Conferat hæc Lector cum iis, quæ Continuator Fleuryanus Tom. 67. pag. 484. narrat. Nondum ad Cantonensem urbem appulerat, (Turnonius) cum Maigrot in episopum acerbissimis vexationibus, contumeliis, atque injuriis affectum, insuper vinculis adstringitum --- comperiret. Hoc est contra apertam veritatem niti, & historiam Ecclesiasticam, aliorum mendaciis inquinare. De Mezzafalco autem la verità &c. pag. 164. Io infra scritto attesto in verbo sacerdotis, che essendo andato a visitare il signor Abbate Mezzafalco subito tornato da la Cina, come mio amico, che più volte della Cina stessa mi aveva scritto dopo piu altre cose concernanti a gli affairi di religione in quell' Imperio, interrogato da me, qual fondamento avesse, & come fosse avemuta la tanto decantata prigionia di Monsignor Maigrot nel nostro Collegio? in atto di admiratione e di sdegno: „ che prigionia, che prigionia? „ mi risposi „ mi maraviglio non poco, che Monsignor Maigrot dia un tal nome a quella sua dimora nel vostro Collegio. Non poteva esser meglio trattato, ed egli stesso mi confessò aver ricevuto ogni cortesia da vostri Padri nel tempo che dimorò nella lor casa. „ Io Marco Silve-rio sbatti Sacerdote della Compagnia di Giesù.

nonius in custodia Macai teneretur, quin fuisse tam  
sceleratos etiam, ut ei venenum porrigerent, ne, si  
ille Romam rediret, sibi isthic malum aliquod con-  
ficeretur. Illud Mosheimius tuus non obscure af-  
firmat, (295) additque in domo episcopi Ma-  
caensis detentum, & a Jesuitis custoditum fuisse.  
Sed si uspiam, hic certe Mosheimius tuus dormi-  
tavit. Nec enim in domo episcopi, quam nun-  
quam post suum Pekino redditum incoluit, sed in  
domo sibi destinata obseptus, nec a Jesuitis custodi-  
tus fuit. Poterat id ex Caltorano, cuius autoritate  
crebro alias utitur discere, qui ad suum familiarem  
ita scripsit : (297) *de morte eminentissimi Cardina-  
lis de Tournon --- dicam aliquid, secundum quod ad  
nos scriptum est ab iis, qui sunt Macai, & dicto  
eminentissimo D. usque ad extremum vitæ adstite-  
runt. Dicunt ergo illum --- hoc anno præ ceteris  
multa passum fuisse in sua domo, vel potius car-  
cere Macaensi &c. nec a Jesuitis custoditum fuisse  
vidisset, si verba Clementis XI. quæ ex Norberto  
Capucino, autore suo classico, sumvit, vel tan-  
tillum perpendisset: tametsi tunc temporis in civita-  
te Macaoensi, non quidem a paganis, (298) sed ab  
officialibus, & ministris Christianis --- multorum  
militum diurna, nocturnaque custodia, ut captivus  
detineretur &c. quis unquam sic ineptivit, ut Jesuitæ  
inter officiales militares censeret? Sit ita, in-  
quies, at inter ministros Christianos cur Jesuitæ  
censeri non possint, nihil causæ video. A page  
L 3 has*

(296) Tom. III. du Halde germ. edito pag. 27.

(297) Florianus Bahr op. cit. pag. 101. (298)

Sunt, qui ex hoc capite Bullam Clementis XI.  
ut eam Norbertus Capucinus refert, suppositam,  
aut obreptitiam putent, siquidem Turnonius non  
a Christianis, sed sinensibus officialibus militari-  
bus, in custodia tentus fuit.

has nugas. Christiani, qui Turnonio ministrabant Sinenses origine, & nisi, ut mandatum erat, intra biduum domo excederent, in patriam audiendi, puniendique erant. *Lege his hoc decretum (299) Provinciae Quan-tong Hianxanæ civitatis Praefecti Castrorum adjutoris, medii agminis Ducis universus Legatus, regendo sinistro agmini commissus Ning.* Constat, notumque sit: cum perspicerim To-lo (Tournon) mandato Imperatoris missum Macaoñem fuisse, & præscriptum esse, ut diligenter custodiretur, ita ut non liceat infimis hominibus simul cum illo, inito consilio, aliquam fugiendi artem data pecunia in que moliri, visis etiam aliis fundamentis, ideo civiles, & militares Praefecti miserunt milites, qui alternis vicibus excubias agerent. Nunc autem sunt Sinenses quidam homines, scilicet omni auxilio destituti, qui simulatione, & nomine religionis suscipienda versantur in domo To-lo, eentes & revertentes, leges Imperii graviter violantes. Id quidem jam denunciavi superioribus Praefectis, a quibus edictum fuit, ut homines illi apprehensi in patriam reducantur. Id debet publicari. Quapropter notum facio Sinensibus Christianam religionem professis, ut intra duos dies, qui manent in domo To-lo, ab eo singuli discedant, exeant, aliamque vitam tolerent, artem, quæsturi. Siquidem si qui sunt, qui non pareant, licet militibus excubias agentibus statim ipsos apprehendere, vinculosque in Praetorium nostrum ducere, ut postea iterum ducantur ad Praefectos superiores discutiendi, & plectendi. Vobis, quotquot estis, id reverenter exequendum est, nec id flocci faciatis. Videte, ne qua in re mandatum istud violetis; id expresse denuncio. Imperatoris Cam-by anno 48. duodecimo die Lunæ se-

*secundæ. Ex his nebulas Mosheimianas nullo negotio dissipatis. Sinenses Christiani, qui in domo Turnonii manebant, illius erant ministri, cur enim in ea, nisi ministrandi causa manerent? hos, ut reor, Jesuitas non facies. Rursum, qui excubias egerunt, fuere milites a Præfectis Sinensibus constituti, itaque milites Sinenses, nec ex his, credo, Jesuitas fabricabis: mandato autem Imperatoris Turnonium fuisse Macaum missum, ut diligenter custodiretur, ex edicto Prætoris nunc exhibito intelligere poteras. Quod si vero, nam id ingenio tuo valde accommodatum esse videtur, tibi suspicio in mentem veniat, quasi mandatum id (§. 88.) Imperator suasoribus Jesuitis ediderit, hanc quoque, si modo ratione duceris, tibi eximam. Primum enim nemo tam hebes est, ut, qui characterem Imperatoris *Cam-by* ex historia Sinica, tum Tartaricæ, Sinicæque gentis, exteræ nationes temnentis genium norit, sibi persuadeat, tantum Jesuitas potuisse, ut Imperator suæ in rebus gerendis perspicaciam, & prudenter, se ab exteris regi sineret: deinde viri graves, autoritate non minus, quam virtute conspicui, qui tunc in China, & rebus gestis intererant, Jesuitas ab hac suspicione, quæ ex sermonibus Turnonii ora ta est, publico testimonio absolverunt. Duo tibi, unum gallica, alterum Italica lingua scriptum, quoniam te utriusque gnarum profliteris, depromam. Illud sic habet. Icy à Lin-zin-ceu j'ay connu que les soupçons de Monseigneur Patriarche ils sont fort mal fondez. -- à cette heure je suis bien persuadé de l'innocence de RR. PP. Portugais (hos enim maxime suspicione sua Turnonius designabat,) car sur les François je n'ay jamais eu aucun suspiccion. (300) Hæc Serravalle Ordinis Minorum Missionarius apostolicus. Alterum episcopi Pekinensis ex Ordine*

L 4

S.

(300) La Verità, e l'innocenza de' Missionarii &c.  
pag. 122.

S. Francisci, ad Generalem Jesuitarum hoc tenore exaratum est. (301) Reverendissimo Padre! avendo saputo l' elezione di V. R. P. in Preposito Generale della Compagnia di Gesù, non posso tenermi di r ill grarmi seco per le molte obligazioni, che tengo a suoi antecessori, & a suoi figli, qualli tutti travagliano nella vigna del Signore infaticabilmente e con grandissimo profitto delle anime in questa missione Chinesc. Il nemico ha mosso una fiera persecuzione, e massime contro de' ministri, soprattutto molti, esserne la causa i poveri Padri della Corte, ma non è così! scrivo a sua Santità, & alla Sagra Congregazione &c. Atque horum, si rationi locum dare veis, majora tibi debet esse autoritas, quam Mosheimi, aut, ex quo hic sua sumvit, excucullati No berti, quorum neuter unquam in China fuit, & postremus præterea ob falsimoniæ crimen, (302) vitamque religione, quam professus erat, parum dignam, (303) apud cordatos fidem omnem amisit.

§. I.I.

(301) La Verità, e l' innocenza de' Missionarii &c.  
pag. 134. (302) Orationi, qua defuncto episcopo Visdelou parentavit, quæve calumniarum in Jesuitas plena est, manum Lollierii episcopi Justinopolitani imitatus, eundem subscriptis, quasi is orationem typis dignam censuerit. Id ejus Superior, P. Thomas de Poitiers ad D. Dumas Pondischerii Præfectum an. 1739. die 22. Nov. perscripsit. Delle notizie, ch'io gli ho, farà infallibilmente quello appunto, che è stato del nome di Mr. de Lolliere scritto da lui sotto la sua orazione funerale, come se questi l' avesse approvata, e sotto scritta, il che si so effer falso. (303) Idem Superior in epistola an. 1740. die 9. Januarii. Bisogna letarsi d' attorno questo imbrogliore e quejo umor visbetico, nè convien badare ai ssi lamenti, perchè non avendo nè fede, nè probità, non ijtara mai alle sue promesse. Et pau-

## §. LI.

Ejusdem farinæ sunt, quæ de veneno, Turnonio a Jesuitis porrecto, partim Mosheimius (304) obscure indicat, partim alii in libros retulerunt. Nemo apertius Anecdoto Gallo, qui Jesuitas ab ipso Imperatore propterea accusatos scribit, propeque fuisse comminiscitur, ut is poenam ex illis tanto criminis parem sumeret, nisi Turnonius charitate ductus, liti intercessisset. (305) Sed nemo etiam malignius, & impudentius. An Imperator Jesuitarum deinceps opera usurpus erat, quemadmodum fuisse usum constat, si hujus criminis reos comperisset? Stipes sit, qui id potest in animum inducere. Sed quis est, inquit ille porro, Mandariorum, qui ignoret, Imperatorem, nisi Turnonius in-

paulum infra: *Che possiam noi sperare da un uomo, che s'è fissato in capo, e lo dice publicamente, che non riconosce alcun superiore né Ecclesiastico, né seculare.* Rursus in alia epistola anni 1739. die 29. Dec. Il Padre Norberto ha formato contra di me un progetto iniquo, e stravagante. Non è questa la prima volta, ch'egli scrive lettere piene d' invettive, e di calunnie impertinentissime. Me ne ha scritte subito dopo la morte del nostro P. Spirito, perchè conoscendolo io assai bene, non giudicai conveniente di farlo superiore. — Mi fa minacce per parte di Roma, e del Re, ma questi sono spaventacchi da bambini: *alios vidi ventos, aliasque procellas.* Hæc, & his similia plura rep̄rias Tom. VII. Raccolta d' apologie &c. per Bottagriphi a pag. 67. ad pag. 117. (304) Cit. op pag. 28. (305) Anecdotes sur l' état de la religion dans la Chine Tom. III. pag. 382. — 89. *Quel est le Mandarin de la Cour qui ignorait, que l' Empereur avoit accusé les Jésuites du poison donné au Cardinal de Tournon? qui eut la charité d' arrêter les procedures, que ce Prince vouloit commencer contr' eux à fin de les punir.*

intercessisset, ne severius examen institueretur, ferre jam paenam in malefactores Jesuitas constituisse? Credo equidem, id non modo Mandarinos, sed omnem, quam ampla est, Chinam ignorasse. Numnam ita stupidos esse Jesuitas anecdotalius putabat, ut Turnonium Macai per Imperatorem detineri curarent, quem, si ei venenum porrexissent, itinere maritimo peritum sine omni invidia, & suspicione in se redundanda, certo providere poterant? Sed quid facias hoc homine, qui, ut mendaces sui immemores esse solent, jam multo ante, (306) scripserit, Turnonium eo morbi genere, qui apoplexiae similis sit, Macai obiisse? ac hoc re ipsa morbo eum decessisse, non solum illius, ut ajunt, Auditor, (307) & Medicus, (308) sed instrumentum etiam ipso mortis die ab iis, qui morituro aderant, confectum, luculente testatur. En illud. (309)  
*In Dei nomine, amen. In civitate Macai hodierno die, sanctissimo Dominico Pentecostes, 3. mensis Iunii,*

(306) Tom. I. Abrégé, pag. 88. il mourut à Macao d'un accident, qui avoit les apparences d'un apoplexie: (307) Finalmente il giorno ai Pentecoste 8. Giugno udita la S. Messa e comunicatosi anche por viatico doppo 4. o 5. hore li estessa mattina, sorpresa de reiterato accidente apoplectico, rese l' anima a Dio. (308) Ad suum Collegam. Alle 8. hora in circa della medesima mattina fu assalito da un accidente apoplectico, con li quale rese l' anima a sua divina Majestà. Et P. Castoranus in hæc verba: die autem 8. Iunii - - Missam in sua sella audivit - - sacram communionem pro viatico sumvit, deinde lectum suum ascendens, in eo quiete, & sensibus integris per 3. aut 4. horas permanxit, usque dum apoplexia corruptus, bis leviter heu! heu! doluit, - - sicque exspiravit. Vide Florian. Bahr op. cit. pag. 94. — 101. (309) Dandi relazione &c. pag. 29.

nii, anno Domini 1710. Indictione III. Pontificatus autem Saetissimi D. N. Domini Clementis divina providentia Papæ XI. anno ejus Pontificatus nono, cunctis pateat, & evidenter notum sit, qualiter Eminentissimus, & RR. D. Carolus Thomas S. R. E. presbyter Cardinalis Maillard de Tournon, Commissarius, & Visitator generalis apostolicus in hoc Sinarum Imperio &c. a tribus mensibus, & præsertim usque de die 25. Aprilis circiter, graviter ægrotans, viribus brachiorum, ac fere totius corporis defititus, denum a quinta circiter die currentis mensi adeo fuit gravitate morbi correptus, ut plures in die vertiginibus laboraverit; hodie vero præjenti die octavo mensis Junii supra dicti hora circiter, quarta matutina juxta horologium astronomicum surrexit a lecto, & præmissa Confessione Sacramentali, positus super solita sede magna audivit Missam, per me (Andream Candela) celebratam, fuitque sacro viatico refectus, atque adstantibus deinde infra scriptis R. R. DD. Missionariis apostolicis gravi APOPLEXIA fuit adeo hora octava itidem matutina ejusdem diei correptus, ut opus fuerit, extrema unctione illum communire, & paulo post animam Deo reddidit, cum esset ætatis XLI. cum dimidio, factisque diligentibus exspirasse, & mortuus fuisse repertus fuit. Utque de supra dicti Eminentissimi & RR. D. Cardinalis Maillard de Tournon obitu hodierno die certius certo constet, ego infra scriptus Notarius a prædictis DD. rogatus, ut dictum Eminentissimum D. Cardinalem vocarem, ter illum alta voce, proprio nomine vocatum, mortuum esse adinveni, prout unusquisque, atque omnes adstantes exspirasse, & mortuum esse viderunt, & experti fuerunt. Ut autem de præmissis certo appareat &c. ego Notarius infra scriptus, præsens publicum instrumentum rogatus scripti, & meo signo munivi &c. pro quibus &c. Atum Macai die & anno prædictis &c. præsentibus infra scriptis &c. Ego Joseph Ceru Missionarius

Apo-

*Apostolicus fui præsens ut supra: ego Dominicus Perroni Missionarius Apostolicus præsens fui &c. Sabinus Marianus fui præsens &c. Januarius Amadei Missionarius Apostolicus præsens fui &c. Frater Joseph Franciscus de Langasco fui præsens &c. ego Frater Thomas a Divo Joseph fui præsens ut supra &c. ego Frater Petrus de Amaram fui præsens ut supra &c. ego Joan. Franciscus Martin de la Balvere, Missionarius Apostolicus præsens fui, & testor ut supra: ego Theodoricus Pedrini Missionarius Apostolicus præsens fui morti Eminentissimi Domini, & huic ejus mortis publico instrumento. Ego Frater Joan. Bapt. ab Iliceto Missionarius ex ordine FF. Minorum de observantia fui præsens ad omnia supra dicta: ego Marcellus Angelita non tantum adfui, sed & testor, super brachia mea exspirasse prædicta supra dicta die, & hora &c. ego Joseph Ignatius Cordero vidi mortuum, & fui præsens, quando confectum fuit hoc instrumentum. Ego Dominicus Antonius Marchini fui præsens ad omnia supra dicta, ac testor &c. In quorum &c. hanc præsentem copiam extraxi &c. & mea subscriptione, ac signo munivi &c. Macai die 24. Novembris 1710. Andreas Candela, Notarius & Missionarius Apostolicus. Tot testes, qui morti Turnonianæ intererant, & inter quos Ceru, Pedrini, & ab Iliceto, Jesuitarum adversarii fuere, satis, ut ego mihi persuadeo, autoritatis habent, ad Galli anecdotalii, aliorumque, qui ejusdem opinionis erant, maledicentiam convellendam.*

Si ex me quæras, quid celebris ille Fleury Continuator de morte Turnonii censeat, anceps hæreo, quid tibi reponendum sit, ita Scriptor hic in utramque partem claudicat. Postquam enim narrasset, illum *apoplectico assultu obrutum* fuisse, illicet subjungit: *de morbi genere haud altercandum censeo, dum de mortis causa, ejusque autoribus constet.* (310) Si apoplectico assultu, ut alibi publi-

co

eo fretus' documento affirmat, (311) obrutus est, non alia profecto mortis causa fuit, puam apoplexia, cur ergo morbi genus a causa mortis secernit, siquidem naturalis mortis non aliæ causæ solent esse, quam morbi? nec satis assequor, quo cum *mortis autoribus* velit evadere. Si quos scivit, poscebat & innocentia Turnonii, &, qui Scriptori Ecclesiastico inesse debet, candor, ut eos proderet, nuspian tamen hos ab illo nominatos reperi, sive eorum oblitus est, sive illos penitus ignoravit. Si autem, quod non de nihilo suspicor, Jesuitas volebat designare, suis illum verbis redarguam. *Enimvero*, scribit, (312) ex *Sinensium Imperio plurima in Europam voltaabant Scripta, in quibus per summam calumniam Jesuitis imputabatur, quod Magrotum Sinis expulerint, Imperatorem dolis, malisque artibus, & calumniis, ut itſi soli impune in aqua versari, & rituum uſum promovere poffent, ad expellendos ceteros Missionarios impulerint, & Turnonum horrendis vexationibus, imo propinato veneno e medio sustulerint.* Hæc igitur, ipso fatente, pura puta calumnia sunt: atqui apoplexiæ, qua Turnonius extinctus est, non ſolum morbi, quibus partim in itinere, partim Pondischerii, (§. 45) & in China, dum thermis Cæfareis uteretur, (313). sed etiam, ac in primis quidem horrendæ, ut Scriptor hic ait, *vexationes*, tum prouum ad iram ingenium, cauſa fuere: igitur summa quoque calumnia est, si Jesuitas mortis Turnonianæ autores designare voluit, praefertim quod ex diario Antonii Thomas, cuius compendium exhibet, (314) vexationum cauſas non

---

(311) Hist. Ecclesiast. Tom. 68. pag. 166. (312) Tom. eodem pag. 171. (313) Diarium Antonii Thomas §. II. (314) Tom. 68. pag. 172. cui tamen in fine lauinam de ſuo adſuit: nam quæ curſivo, ut ajunt, charactere iſthic exprimit, ea in diario Antonii Thomas nuspian existunt.

non a Jesuitis, sed aliunde profectas, discere potuerit. Quamquam is & autoris, & diarii fidem suspectam reddere his verbis conatur: (315) *nobis autem persuasum est, fidem, veritatemque magis constare relationibus eorum, quae Clementis XI. Summi Pontificis, ipsius Turnonii, aliorumque in hisce terris diu agentium testimoniis comprobatae existunt: ea propter orationem Summi Pontificis ad Cardinales habitam, nec non Bullam ab eo die 15. Martii editam, integra fide nostrae historiae inferendam censimus.* Si rationes aliorum propterea, quod diu apud Sinas egerint, huic Scriptori de dignæ videntur, multo magis fide dignum videri debet diarium Antonii Thomas, quod is diutius, quam Turnonius, ceterique, qui contraria ad Pontificem retulerunt, apud Sinas egerit. Ex alio itaque capite fidei dignitas repetenda fuit, non tamen ex oratione Pontificis, aut bulla ejusdem; tum quod Pontifex eorum, qui referebant, fide nixus, facta isthic recenseat, in quibus eum falli posse, & saepe falli, nulli dubium est, tum quod nec in dicta oratione, nec Bulla quidquam eorum, quæ hic Scriptor ex diario Antonii Thomas in dubium vocat, reperias. (316)

Hæc de mortis genere: nihilo meliora sunt, quæ de Turnonio Macai detento narrat. Queritur enim, neminem Lusitanorum, dum urbi approxinquarebat, illi obviam venisse, parum memor Imperatoris mandati, quo Turnonius jubebatur Macauum ire, ibique redditum Patrum Barros & Beau-

vol-

(315) Tom. 68. pag. 173. (316) Legatur oratio, quam eodem Tomo pag. 174 & bulla, quam pag. 795 exhibet, & conferantur cum iis, quæ idem pag. 172 ex diario Antonii Thomas refert, tum quisque videbit, quo dolo Lectorem circumductet.

vollier exspectare, (317) hoc est, ut honesta interim, donec illi redirent, custodia isthic servaretur; tali autem honoris causa, ut obviam irent Lusitani, quibus non modo mandatum Imperatoris, sed & accusatio, qua universam nationem Lusitanam (§. 47.) Pekini petebat, jam cognita erant, prudenter sperari non poterat, licet advenientem pulsu aeris campani salutarent. Pergit ille: Didacum Texeiram urbis Praefectum mississe Centurionem cum viginti militibus, qui apud Turnonium excubias agerent, simulque mandasse, ut ab omni jurisdictionis actu abstinenteret? reticet autem, prius illud ab Imperatore, alterum a Prorege Indiarum ei in mandatis datum esse. Quid aliud utrinque oblitus in hoc rerum articulo faceret? mox, ubi Turnonius obtenta a Mandarinis venia domum mari vicinam conduxisset, auctas fuisse milium excubias, dissimulat tamen non prius id factum, quam Turnonius Praefectum Sacris omnibus interdixisset, fortasse etiam maris vicinia suadebat, ut excubiae augerentur, ne opportunitate loci, quod multi suspicabantur, de fuga cogitaret, quod ego quidem in medio relinquo. Haud multo post Superiores Monialium, quamquam difficulter, ad Turnonium admissi, quærebant ex eo, *quid agendum censeret, si forte armorum violentia eidem,* (hoc est, urbis Praefecto) se se opponere cogerentur. (318) Fateor, dum hæc legerem, in cachinnum proripi: quid, inquietabam, Superiores Monialium, Praefecto urbis, cui velut cives suberant, armati se se, una cum Monialibus opponerent? nœ hæc ludicra velitatio futura erat. Itaque Turnonius sapienter consuluit, ut omisso hoc militari apparatu, Praefectum, & epistopum supplices adirent, ne quid molestiaæ Monialibus conficeretur; utque id junctis viribus fieret, jussi ad-

(317) Hist. Ecclesiast. Tom. 67. pag. 541. (318)  
Ibid. pag. 543.

adesse Franciscus *Pinto* Provincialis Jesuitarum, & Sebastianus a S. Antonio Vicarius Dominicanorum. Hic illicet adfuit; ille sexto post die, & sero quidem vespere, *declarans Legato apostolico*, se regio mandato prohiberi, quo minus eius jurisdictionem agnoscere. (319) Si Provincialis ne interrogatus quidem ita respondit, stolidum responsum, nec rei, cuius causa advocatum fuisse Continuator scripsit, accommodatum fuit, si contra interrogatus, vitium Turnonii magis, quam illius fuit, qui ex ordinis hierarchici lege, non id ex Provinciali, sed episcopo, cui Provincialis, ceterique religiosi suberant, percontari debebat, quo, si per mandata regis Lusitana-

(319) Hist. Ecclesiast. Tom. 67. pag. 544. Circum fertur Diarium Turnonii rerum in China gestarum, sed id aut penitus suppositum, aut interpolatum esse, suadent ea, quæ editor illius de se ipso fatetur. Primum enim, ait, se, cum res non eo, quo gestæ sunt, ordine a Turnonio, aut ejus scriba consignatæ essent, id dedisse operam, ut eas melius coordinaret: elegans, hercule! diarium, quod perturbatodierum, rerumque ordine conscriptum est: deinde, multa se ex Clericorum Seminarii Parisiensis Missionum externarum documentis accepisse fatetur, quasi vero hæc sint ipsum Turnonii in China morantis diarium: denique bonam se partem ex Tabulario Dominicanorum Romæ ad Minervam sumsisse testatur. Si id, unde sumsit, non sit sumtum ex Turnonii diario, centonem nobis ex variis laciniis consutum pro vero diario venditat. Sin contra, mirum est id a *Serry*, dum diarium *Antonii Thomas* impugnabat, non proditum fuisse, quis enim tam insipido ingenio esse potest, ut credat, id homini Gallo a Dominicanis esse traditum, quod contribuli suo negarunt, aut dare non poterant? taceo, quod ubi autographum repositum sit, & a quo autographum acceperit, nuspian memoret. Omnia hæc sublestæ ndei manifesta indicia sunt.

Lusitanæ licuisset, præeunte, reliqui sequuturi erant. Atque hoc Scriptor noster Ecclesiasticus ex Fatinello, qui nunquam, certe non eo, quo hæc gererantur, tempore in China erat, depromisit. Nunc, qui res gesta sit, accipe. Patriarcha vocato ad se Patre Provinciali Macaensi, a quo minis additis quæsivit, an suam Macai jurisdictionem agnosceret, respondit Provincialis, litteras Pontificis ostenderet, & se sine mora facturum, quid quid vellet. Negare Patriarcha je id facturum, & urgere, ut suam Provincialis mentem explicaret: tum Provincialis inquit, habere se litteras a Prorege Indiæ, & archiepiscopo Primate, quibus prohibetur sub pœna capitinis, ullam Patriarchæ jurisdictionem agnoscere in terris, in quibus regi Lusitanæ temporale esset dominium. Hic vero clamare Patriarcha, excommunico te, excommunico te! post Provincialem, episcopum vocat, a quo idem omnino responsum tulit, Patriarcha ita exacerbatus est, ut publicam excommunicationis schemam ad palatium episcopi affigi curaret. Ultimo vocavit & alios, præcipue supremum militum Praefatum, a quo petiit, ut custodias a se amoveret, sed negante id Praefecto iterum ad excommunications ventum, quibus tamen omnibus nihil aliud effecit, quam ut custodias hic multiplicaret, ille vero, scilicet episcopus Macaensis, alia, & solemni in Patriarcham, utpote alienæ jurisdictionis aggressorem, & violatorem, excommunicatione fulminaret. (320) Nolo, ex cuius parte juris, & causæ æquitas potior fuerit,

---

(320) P. Benedictus Werkmaister Bahia die 8. Aug. an. 1708 ad Assistentem Germaniæ. Vide D. de Murr Journal &c. Tom. VI. pag. 177. Accepit hæc a P. Noel, qui cum Josepho Raymundo, rursus in Europam in causa Sinica missus, Bahiæ substitutus atque is hæc partim ipse Macai spectavit, partim ex aliis intellexit.

rit, indagare; illud certum videtur, utrumque præcoci fervore ultra quam prudentia, & decorum publicum exigebat, abreptum fuisse. Fortasse, si Turnonius minus imperiose egisset, temperamentum aliquod reperiri poterat, quo & regiis mandatis auctoritas, & Legato Apostolico sua dignitas salva manisset. Itaque cum ex mutuo dissidio quies publica turbaretur, Praefectus urbis Hianxanæ, ut supra memoravi, anno 1708. (321) remotis Lusitanorum excubis, Sinicas adhibuit, & Turnonium arctius custodiri jussit. Hinc declamationem investivam, quam Continuator Fleuryanus in *Florianum Bahr* adornavit, (322) vel ex solo hoc capite convellas, quod, cum iste Turnonium aliquot ante obitum mensibus, non a Christianis, & Europæis sed ab ethnicis acerbe vexatum scribat, (323) ille id Christianis tribuat, & aliquot menses Bahrianos, in aliquot annos, mira metamorphosi convertat. (324) Sed nimis longe, ut video, me Ser-

ry,

(321) Nam annus 42 regiminis *Cam-hy* in hunc annum incidit. (322) Hist. Eccles. Tom. 67. pag. 547. in Nota. (323) Allerneueste Chinesische Merkwürdigkeiten, pag. 99. doch ist nicht zu läugnen, daß er (Turnonius) einige Monate vor seinem Tode viele Wiederwärtigkeiten — ausstehen müssen, aber weder von Christen, weder von Europaern, sondern von Hayden, und zwar Chinesern &c. (324) Tom. 67. pag. 548. *Nimis confidenter scribere ausus est*, quod Turnonius Macai — non nisi aliquot ante obitum suum annis, non a Christianis, vel Europæis, sed ab ethnicis, & sinensibus aliquas molestias perpetuus sit. Plura sunt hujusmodi apud hunc Scriptorem, sphalmata ut Tom. eod. pag. 523. *Kuang Tuag*, vult esse Macaum, & pag. 765. — 69. tam absurdâ & falsa narrat, ut cogitem res illius Sinicas secundis curis cognoscere, &, ubi ocium erit, alio opusculo convellere, ad eum

ry, & Fleuryanus Continuator a proposito avocarunt. Quare pro hodierna die, &, qui mense Junio ingravescit, æstu interea satis: ubi calor non nihil remiserit, famulus meus, ut Collegio rursum interfis, te admonebit.



## COLLEGIVM VII.

---

*Episcoporum Sinensium Procuratores Romam veniunt: illorum conatus: responsa Congregationis universalis Inquisitionis ad capita mandati Maigrotiani: hæc Clemens XI, anno 1704. die 20. Novembris rata habet. Varia Theologorum de Maigroti mandato judicia: testimoniis, qui ab utraque parte adducti sunt, comparatio: responsis in Chinam allatis episcopi rursus Procuratores Romam mittunt, qui difformitatem mandati Turnonianii a decreto Pontificio declarat: Pontifex defectum illius pro sua petestate anno 1710 supplet; &, cum dubia apud Sinas propterea essent orta, novo decreto responsa Congregationis, anno 1715. confirmat, & Missionariis juramenti formulam de iis servandis prescribit.*

### §. LIII.

Gaudeo te citius, quam a famulo meo admireris, adesse, id mihi indicio est, te illa, quæ

M 2

ad-

---

eum modum, quo Maximus Margold vir egregie doctus suas reflexiones in hujus scriptoris continuationem vulgavit, quæ instar supplementi ad historiam Fleuryanam esse possunt.

adhuc dicenda restant, cupide auditurum. Non differam tuum desiderium. Episcopi Sinenses, ut nuper (§. 45.) dixi, Procuratores suos, Franciscum Noel, & Casparum Castner, utrumque Jesuitam, in urbem misere, qui causam communem adversus Procuratores D. Maigrot, nempe D. a Lyone episcopum Rosaliensem, & D. Charmot tuerentur. Venire sub id plane tempus, quo responsa ad quæsita D. Maigrot sacra Congregatio pene jam absolverat. Jam in ipso itinere, quæ adversariorum molitiones essent, obscura fama, Romæ autem planius intellexere. Quare, et si sero quidem advenerint, tamen, ut primum ad Pontificem aditum nocti sunt, libellum supplicem ei porrexerant, in quo paucis, cuius rei gratia venissent, præfati, ad præcipua controversia capita venere. (325) *Hæc controversia, inquietabant, duo continent capita: unum de ritibus quibusdam, Alexandri VII. decreto permisssis, in honorem Confucii, & mortuorum progenitorum: alterum de Sinicis quibusdam vocibus, ad Deum verum compellantibus adhibitis: (326) quæ capitali licet inter se diversa videantur, in eodem tamen principio convenient, cum utrobique queratur, quæ sit communis, & vera apud Sinas horum rituum, barumque vocum significatio.* Quia autem præcipuus controversiae caro in primo capite versatur, satis erit, hoc, prætermisso altero, ex libello supplici excerpere.

Quantum igitur, pergebant dicere, *ad ritus, tota quæstio in eo est, num Sinenses Confucio, & progenitoribus defunctis ullam divinitatem, ullamque seu dignitatem seu potestatem humana maiorem tribuant? num eos colant, ut idola, aut alios quoscunque Spiritus, qui a gentilibus cultu religioso co-*  
*lun-*

---

(325) Ex exemplari anno 1704. typis Romanis excuso, forma 4. (326) Cupio, ut relegantur ea, quæ §§. 37. 38. 39. 40. 41. & 42. dicta sunt.

luntur? num aliquid ab iis petant, vel sperent? & an credant residere in tabellis, aut ad easdem venire oblationum tempore eorum animas, ut fruantur iis, quæ ad significandum internum animi affectum, gratamque memoriam, ac desiderium tum discipulorum erga magistrum, tum filiorum erga parentes, illis offeruntur? — — hæc omnia cum ad merum Hætum pertineant, communemque Sinen-sium, præsertim eorum, qui modo vivunt, intentionem, & consuetudinem, non aliunde melius, & efficacius, quam ipsorummet Sinarum testimonio declarari, probarique posse credimus. (327) Ad hæc igitur probanda producimus in hoc novo f mmario, (328) & sanctitati vestræ reverenter offerimus maximo numero sive s. tætes ex præcipuis illius magni Imperii provin iis, atque ex singularum provinciarum primariis civitatibus, plerosque litterarum professione conspicuos, multos etiam Mandarin tibus, Præfecturis, aut aliis dignitatibus, vel officiis insignes. Exhibemus autem non solum Christianos, sed etia magentiles, quos nemo jure suspicabitur, ullo partium studio, vel in gratiam Jesuitarum ea pronunciare voluisse, quæ ipsi scirent, communibꝫ suæ scholæ principiis opponi, eos autem imnes inter se omnino contestes damus, & quamvis ex diversis locis, atque provinciis, magno tamen consensu. & clarissimis verbis, præcipua quæque hujus controversie capti explicantes. Sed quid maximi faciendum esse videtur, plerique Christiani testimonium suum juramento confirmant, & quidem ante omnia diserte

M 3

pro-

(327) Reste, ut puto. Nam nec Sinæ de vocibus, & ritibus Europæis judicare apti sunt. Verum adversarii libenter questionem juris, cum quæstione facti solent confundere. (328) In co-testimonia subscriptis testium nominibus continentur.

protestantes, se bene percipere, quanta sit juramenti vis & obligatio, negantes quoque se eos esse, qui falso juramento secundum Dei praeceptum audeant infringere; item dicentes, se stantes coram Deo jurare, omnia esse verissima, & certissima, & juramentum emittere ante altare Dei, aut tanquam ante sanctitatem vestram existentes, aliisque extraordinariis, gravissimis, sanctissimisque verbis, juramenti sui religionem in quantum possunt, augentes, neque semel tantum jurare contenti, praeter generale juramentum, quod initio protulerunt, ad singula, quæ proponunt, puncta iterum jurant, atque ita praesitum testimonium alio tandem juramento confirmant. Inde progrediuntur ad ea, quæ promiserant, confirmando, adductis tam Christianorum, quam gentilium testimoniis. Nec tempus, nec, quod mihi praesitueram, compendium, patitur, omnia, aut majorem eorum partem depromere. Unum, alterumve afferre, ad faciendam tibi fidem suffecerit. Primum sit Christianorum, idque est hujus tenoris. (329) *Nos christianæ legis cultores imperii hujus Tartaro-Sinici, — litterati omnes, & in nostris sinicis studiis graduati, sanguineis guttis subscribimus, & proclaimamus coram sanctitate vestra, omnibusque romanæ curiæ supremis judicibus, exoramusque, ut dignentur omnes propitio, ac benigno vultu respicere ad tria haec puncta: compellationis scilicet divini Numinis, sub nomine Tien, & Xam-ti: ritus, quo nostrum Confucium colimus, quibusque parentes, proavosque veneramur.* — Primo igitur contestamur; hoc nomine Tien, & Xam-ti, quæ in nostris antiquis codicibus inveniuntur, ea passim a nostris indigenis expositoribus regni Sum-chao dictis, explicari pro cœli Domini-

mino, & gubernatore, Xam-ti, ajunt, Tien-chi-chu-cai, hoc est, cœli Dominus, & gubernator: rursus cum hanc litteram Tien in nostris libris usurpant, ei attribuunt venerationem, timorem, seu respectum, & cultum, seu servitium. Kim-tien-gvei-tien-su-tien, tres istæ obsequii clausulæ, cœlum colere, cœlum timere, cœlo servire, ex antiquorum librorum sensu evidentissime indicant, ejus dominatum, & providentiam, quæ cœruleo huic, quod oculis aspicimus, terraqueæ sphæræ tegumento convenire utique non possunt. Hoc, quod afferimus, id ipsum jurejurando coram Deo, & Sanctitate vestra contestamur.

Secundo afferimus: callere nos optime, nostrum Confucium, purum fuisse hominem, --- ea autem de causa, quod i se perspicue intellexerit, & penetraverit regum nostrorum antiquorum, & sapientum doctrinam, seque veri doctoris, & magistri prototypum, & exemplar exhibuerit, posteri eum, ut supremum sinicæ nostræ gentis præceptorem veneratis sunt semper reges omnes, Principes, Doctores, ac populi, librorum ipsius studia ad unum omnes colvere, ab eoque se discere profitentur, cœlum revereri, proximos amare, familiam dirigere, & regna gubernare, atque ideo veris, autumnique temporibus oblationes ei faciunt. Solum autem Mandarinorum, Doctorum, ac litteratorum id officium est, plebeis vero viris, ac mulieribus omnibus, ejus aulam, in qua sola illi oblationes fiunt, nulla quidem ingrediendi potestas, aut facultas. Neque omnino in dictis oblationibus, & ceremoniis præstandis petitio ulla immiscetur aut felicitatis, aut perspicacitatis. Sic juramus, & contestamur, ut supra.

Tertio quoad parentes, & proavos: mortalium omnes ab ipsis suum esse, & naturam accipiunt, sicut arbores a radice, aquarum rivuli ex fonte originem trahunt, ita quidem terrarum omnium reges, Princi-

pes, Doctores, ac populi a suis parentibus proveniunt. Hac igitur de causa veris, autumnique se perpetibus nos filii, ac nepotes, istorum minime immemores, tamquam si adhuc illi ipsi superstites essent, esculentorum oblationes illis exhibemus, nullo vero pasto eoram spiritus ad oblationum odorem excipendum descendere, aut venire credimus, neque in ea, quam pro i'sorum imaginibus supponimus, & expomimus tabella Pai-gvei dicta, eorum spiritus assistere, aut residere putamus ullo modo, vel afferimus. Sic contestamur, & juramus coram Deo, & Sanctitate vestra, anno Cham-hy 41. Luna 9. die 15. ad unum omnes scriptum hoc superius signamus, & offerimus. Subscriptus ante omnes est Sun Michael e regio collegio Han-lin-yuen, summus litterariorum examinum Preses; hunc sequuntur triginta duo partim ad Mandarinatum, & Praefecturas urbium promovendi, partim Assessores Gubernatorum, & Bachelarei (330) Idem gentiles affirmabant, juvat ex pluribus unum Lieu-xeu-ye ex urbe Hu quam aferre. Qui cœlum colunt, inquit, colunt eum, a quo cœlum, terra, & res omnes suum habuerunt principium: colere Confucium, est revereri eum, ut honinum magistrum: colere Majores defunctos, est revereri eos, ex quibus filii, & nepotes orti sunt. Sed in unoquoque istorum cultuum habetur differentia: in cultu cœli habetur gratiarum actio, habetur postulatio seu oratio, in cultu autem magistri, seu magistrorum non habetur oratio, nec peritio. In vestro libello (331) intime convenitis cum rituum sinensium sensu. Nunc ha-

(330) Testimonium hoc e sinico in latinum traduxit Antonius Pusateri, vicarius apostolicus provinciae Xan-si & Alexander Ciceri, episcopus Nankinensis sua manu subscriptis, quemadmodum & reliqua testimonia aut ab episcopis, aut Notariis apostolicis subscripta sunt. (331) Indicat eum libellum, quo Jesuitæ vim sinicarum vocum, & rituum explicari ab Imperatore petebant. Vide §. 43.

*habetis regium decretum, (332) regis verba omni particulari affectu carent, oportet illa cum reverentia suscipere, & observare, nec potest esse dubitationi, aut disputationi locus. Delegi præ ceteris hoc testimonium, quod nusquam clarius, & brevius natura ususque rituum sinicorum explicatur. Addo & de tabellis, gentilium testimonia. Si vero, ajunt, erigimus i/sis (defunctis) tabellam ligneam, id facimus, ut hæc nobis velut præsentes illos exhibeat, neque cogitamus, Majorum animas huic tabellæ inesse. Rursus: jam audivimus, vestri regni reges, Magnates, magnique nominis homines habere in sculptas, pictasque imagines ad posteriorum memoriam. Si id sit alienis hominibus, quidni propriis parentibus? quod si vos suspicamini, parentum nostrorum animas tabellis hisce ligneis insidere quidni de animalibus vestrorum regum, Magnatum, magnorumque virorum picturas hasce obscientibus non suspicamini? nihil certe tale nos de vestris picturis suspicamur, quid esset, quod vestrum regnum de nostris tabellis suspicaretur? argumento, ut ajunt, ad hominem usi. Ad extremum adductis episcoporum testimoniis, & precibus, libellum in hæc verba claudunt. Quare prostrati ad Sanctitatis vestræ pedes humiliter deferimus libellos supplices, ac preces cum lacrimis etiam sanguineis sinice Christianitatis, cuju nobilior pars Pekinenses scilicet neophyti (333) ita loquuntur: „ Cum habeamus in terris tantæ virtutis, tantæque intelligentiæ supremum Pon-*

„ ti-

---

(332) Nempe declarationem Imperatoris ad dictum libellum datam, & Romam deinde transmissam intelligit. Vide eundem §. 43. (333) Istorum testimonio subscripti erant 50. ex his 7. Mandarini, quorum primus est, Pao Vitus in tribunali mathematico secundus a P. Grimaldi. reliqui aut proxime ad Mandarinatum promovendi, aut Baccalaurei, qui omnes edito juramento pro ritibus stetere.

„ tificem, Dei , ac Domini nostri Jesu Christi  
 „ vices plena cum potestate gerentem, præstat nunc  
 „ ad ejus pedes confugere, eique humillime sup-  
 „ plicare, ut summum Christi passionis, ac pec-  
 „ catorum redēmptionis beneficium intuitus, beni-  
 „ gnos in nos oculos convertat, credatque, nos  
 „ nulla re adduci potuisse, ut in re tam gravi te-  
 „ mere, aut falso jurare auderemus. „

### §. LIII.

Ut ut magni ponderis & bona etiam Pontifi-  
 cis venia libellus hic in urbe vulgatus esset, nihil  
 tamen ad causam, cuius gratia Procuratores vene-  
 rant, momenti adferre potuit, quod sacra Congre-  
 gatio, ut memoravi, ante eorum adventum re-  
 sponsa sua ad mandati Maigrotiani capita, jam pe-  
 ne absolverat: auditos tamen fuisse declarant illa  
 decreti verba: *quid quid in ejusmodi controversiis*  
*Patres Franciscus Noel, & Gaspar Castner, Soc.*  
*Jesu Procuratores, & Missionarii apostolici ejusdem*  
*regni deducere potuerunt, seu voluerunt.* Nunc ordo  
 postulat, ut responsa Congregationis depromam,  
 prius tamen, quam id facio, non possum non tibi  
 vitio dare, quod *Quæsita* solum Congregationis  
 opusculo tuo inserueris, quin responsa itidem ad-  
 deres, vel non integra, nec genuinum eorum sen-  
 sum referres. Id necessario Lectores in errorem in-  
 ducere debebat, minime dubitatueros, quin hæc,  
 quæ in illis referuntur, solis Jesuitis tribuenda sint;  
 cum tamen isthic rationes uti iusque partis, tam-  
 quam in foro contradictorio recenseantur. Exi-  
 mendus itaque, quem illis ingesseras, hic error est.

Ad I. mandati Maigrotiani caput (§. 37) re-  
 spondit, sacra Congregatio, cum latina vox *Deus*  
 finico charactere nec exprimi, nec ullum significa-  
 tum habere possit, ea abstinendum, ejusque loco  
 vocem *Tien-chu* retinendam; voces autem *Tien*,  
 & *Xam-ti* ad significandum verum Deum penitus  
 reppellendas esse, additque causam, conditione ad-  
 tri-

strictam: Si enim illis vocibus apud præcipuam Sinensium sectam, quæ litteratorum nuncupatur, non nisi coelum corporeum & visibile, vel quædam cœli virtus eidem cœlo insita designatur &c. (334)

Ad II. ejusdem mandati caput (§. 38.) declaravit, tabellas cum inscriptione *Kim-tien*, id est, *cœlum colito*, templorum foribus affixas, non esse permittendas, & appensa non retinendas esse. *Etsi euim ut subjicit, nefas omnino sit suspicari*, quod aliqui ministri evangelii tabellam hujusmodi in Ecclesiis Christianorum permittentes, alio animo id faciant, quam per inscriptionem in ea appositam non cœli materialis, sed Factoris ac Domini cœli, adeoque veri Dei cultum explicandi, abstinendum tamen omnino est ab illa praxi &c. En! ut moderate sacra Congregatio judicium suum deproniat, cum dicit, *nefas omnino suspicari* &c. tu tamen non modo contrarium passim sentis, sed aliis etiam ut tecum sentiant, persuasum cupis.

Ad III. caput (§. 38) quod de Alexandri VII. decreto agebat, Congregatio responsum ad alium locum remisit, quod isthic etiam referemus.

Ad IV. caput (§. 39). respondit, non licitum omnino esse Christianis præesse, ministrare, aut interesse solemnibus oblationibus, (§. 40.) quæ in utroque æquinoctio cujusque anni Confucio, & defunctis fierent: nec iis quoque ceremoniis, quæ in aula Confucii singulis mensibus novilunio, & plenilunio a Mandarinis, aliisque, ante vel post aditam dignitatem exhiberi Confucio solent: idem intelligendum esse de litteratis postquam ad gradum admissi sunt. Item non permittendum esse Christianis, ut in aedibus progenitorum oblationes minus fo-

---

(334) Ex exemplari, quod in typographia reverendæ Cameræ apostolicæ an. 1704. editum est, pag. 33. & seqq. ad quæ rite intelligenda, cupio, ut, ad quos provoco, §§. relegantur.

solennes (§. 41.) vel alios ritus & ceremonias peragant : perinde Christianis illicitum esse ceremonias, prout in *Quæfisis relatæ sunt*, coram progenitorum tabellis, aut privatis domibus, eorumque sepulcris, vel denique ante sepulturam vive seorum, sive cum gentilibus exhibere, iisque interesse, imo prædicta omnia tamquam a superstitione inseparabilia, juxta ea, quæ in *Quæfiso proposita sunt*, non admittenda esse, etiamsi publicam, vel secretam protestationem præmitterent, se non religioso, sed civili, ac politico tantum cultu erga defunctorum illa præstare, nec ab eis quidquam petere, aut sperare. Non vetari tamen Christianis præsentiam, seu assentiam mere materialē, si gentiles eas ceremonias peragant, cetera ullam sive expressam, sive tacitam gestorum approbationem, seculoque penitus omni ministerio, cum aliter odia, & inimicitiae vitari non possint, facta tamen fidei protestatione, & cessante periculo subversionis. Denique non vetari Christianis eos ritus, qui vere superstitiosi non sunt ; nec superstitionis speciem præferunt, qui autem hi sunt, & quibus cautelis adhibendi, Patriarchæ Antiocheni, & episcoporum, ac vicariorum apostolicorum illarum partium (335) judicio decernendum relinqui.

Libet mihi hinc paululum digredi. Si solennes oblationes, a minus solennibus (§. 40. & 41.) novisses discernere, si quæsita item, & responsa Congregationis genuine retulisses, non tam absurdis erroribus librum tuum inferciusses, essetque is mole, dimidia sui parte, minor, certe iconem de Sacrificio Confucii maluisses, ut institores solent, ad faciendum lucrum per nundinas circumferre, quam libro tuo inferere. Nonne sacra Congregatio, ubi de ceremoniis minus solemnibus agit, non de

---

(335) Hoc, ut ex haec tenus dictis patet, Turnonius non præstítit, qui suomet ingenio, & collato cum paucis Missionariis consilio omnia egit.

de nihilo addidit: prout in quæstis relatæ sunt, item, juxta ea, quæ in quæstis proposita sunt: hoc est, ut ego reor, & quisque mecum sentiet, veritas omnino esse eas ceremonias, si verum sit, tales esse, ut eas adversarii *Qualificatoribus* quæstorum exposuerant. Disce tandem majori cum candore, quam hactenus feceris, scribere, nec de industria Lectorem in errores inducere. Redeo ad responsa.

Ad V. caput (§. 42.) statuit, non posse Christianis permitti tabellas progenitorum domi servare, cum inscriptione, qua thronus seu sedes spiritus, vel animæ, N. defuncti, adenque qua spiritum, seu animam illius defuncti ibidem aliquando sisti, vel restere significetur, imo nec cum alia, qua sedes seu thronus, adeoque idem cum priori, licet magis contracta inscriptione, designari videatur: posse tamen eas solo defuncti nomine inscripto servari, secluso tamen scandalô, hoc est, dummodo, qui Christiani non sunt, arbitrari non possint, tabellas hujusmodi a Christianis retineri ea mente, qua ipsi illas retinent, adjectaque ad latus declaratione, quæ sit Christianorum de defunctis fides, & filiorum, ac nepotum in progenitores pietas.

Huic confessim subjicitur responsum a tertio articulo hoc remissum, estque hujusmodi. *Ad quæstum tertii articuli huc remissum, sacra Congregatio satius duxit nihil respondere, ne alias apostolica sedes ab eo, quem in ejusmodi controversiis sinicis hactenus tenuit, antiquo more recedere cogatur, quo minirum ad ea, quæ sibi pro tempore, tametsi diversimode exposita fuerunt, responsa quidem veritatis semper dare, nunquam vero super expositorum hujusmodi veritate, seu falsitate pronunciare consuevit.* Revoca tibi in memoriam illa mandati Mairgiani verba: quæsta super capitibus summo Pontifici Alessandro VII. proposita (a Martino Martino) malis in rebus non esse veridica declaramus;

tum

rum æquitatem Congregationis in respondendo non poteris non laudare.

Ad VI. & VII. caput (§. 42) respondit Congregatio nihil certi posse firmari, quoad necessariae, & pliores notitiae adsint, commisitque Patriarchæ Antiocheno, *ut auditis episcopis, & vicariis apostolicis, nec non peritioribus Missionariis id statuat*, quod Catholicæ religionis indemnitat, & animarum saluti magis expedire videbitur. De libris autem ; qui atheismum continent, *prout in mandato D. episcopi Cononensis dicitur*, monitum ejusdem non modo utile & salutare, sed necessarium etiam videri, proinde approbandum, addiditque non culpandos esse illos Missionarios, qui aliam hactenus praxim sequuti essent, & in fine præcipit : *insimul tamen operariorum evangelicorum in vinea Domini strenue laborantium, qui prius, quam supra relata dubia ex solita hujus S. sedis providentia, ac rectitudine dirimerentur, aliter senserunt honori, ac famæ consulatur, nec tamquam idolatriæ fautorès traducantur, præsertim, quia pleraque ex illis, quæ Christianis permittenda non esse, sicut præmissum est, responsum fuit, ipsi quoque se nunquam revera permisisse declararunt, nec dubitandum sit, illos, finita jam causa, præfatæ sanctæ sedis mandatis, ea, qua decet, humilitate, & obedientia esse obsequuturos.* In hunc modum responsa sacræ Congregationis habebant, quæ Clemens Papa XI. suo judicio feria V. die 20. Novembris anno 1704. firmata, Turnonio transmitti mandavit *una cum congrua, & opportuna instructione desuper facienda — suspensa tamen interea, ut in decreto additur, iustis & rationabilibus ex causis animalium Sanctitatis suæ moventibus, corundem responorum publicatione, seu quavis evulgatione tam in urbe, quam in aliis Europæ partibus.* (336) Quæ causæ hæ fuerint, in ob-

(336) Subscriptus est, Joseph Bartolus, Sanctæ Române, & universalis Inquisitionis Notarius.

obscuro est. Fuere, qui suspicabantur, idcirco promulgationem responsorum vetitam fuisse, ne Quesnelliani, quorum molitiones in causa sinica (§. 44.) verisimiliter Curiam Romanam non latabant, inde ad irritandum Alexandri VII. decretum, quo quinque Jansenii doctrinæ capita damnata erant, occasionem sumerent, adduntque, ut illis spes omnis præcideretur, sequente confessim anno constitutionem: *Vineam Domini Saboth*: contra externam Jansenianæ obedientiæ simulationem ab eodem Pontifice editam fuisse. Hæc illi, verene, an contra? aliorum esto judicium.

Licet autem Pontifex responsa publicari vete-  
rit, impediri tamen non poterat, quin ea, qua-  
cunque tandem rima, sensim in lucem efferrentur.  
Hinc varia Theologorum judicia, non quidem de  
responsis, sed mandato D. Maigrot, & testibus,  
quos adversarii Jesuitarum in causæ suæ patroci-  
nium adduxerant, orta fuere. Primum enim mi-  
rabantur, D. Maigrot prohibuisse, ne Christiani Si-  
naræ vocibus *Tien*, & *Xam-ti* ad significandum ve-  
rum Deum uterentur. Cum enim vox *Tien-chu*,  
seu *cœli Dominus*, quam solam adhiberi voluit, nus-  
piam in classicis Sinarum libris reperiatur, neces-  
sarium esse dicebant, ut concedat, gentiles Sinas  
nunquam naturali lumine verum Deum cognovisse,  
cum exclusis vocibus *Tien*, & *Xam-ti*, ne vocem  
quidem aptam haberent, ad eum exprimendum,  
quod tamen aperte oppositum esset doctrinæ Pau-  
li Apostoli. (337) Proinde sacra Congregatio vo-  
lens honori D. Maigrot consulere, sapienter usum  
ea-

(337) Ad Romanos cap. 1. *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manife-  
stavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi  
per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicuntur,  
sempiterra quoque ejus virtus, & divinitas, ita  
ut sint inexcusabiles.*

earum vocum, quas ille vetitas absolute voluit, ea conditione restrinxit, si vocibus *Tien*, & *Xam-ti*, apud præcipuam Sinensium sectam, hoc est, apud omnes, vel fere omnes litteratos, nil aliud, quam cœlum corporeum, vel quædam cœli virtus eidem insita intelligatur. Qua ratione simul ostendit, *Sinas* naturali lumine cognitionem veri Dei habere posse, itaque & voces, quibus ad eum significandum utantur, præsertim quod adversarii, ut est in dubiis per *Qualificatores* propositis, (333) diserte fassi sint, *Sinas* litteratos primum ante 500 annos in atheismum incidisse, proinde nihil obstat, quo minus ante hos lumine naturali verum Deum cognoverint, habuerintque voces, quas ad eum indicandum adhiberent. Cum autem in hunc finem aliae in eorum libris classicis magis idoneæ, quam *Tien*, & *Xam-ti* non reperiantur, conjectarium itidem esse, ut his vocibus saltem ante 500 annos, eum Deum, quem Christiani colimus, intellexerint. Deinde illud etiam iis mirum videbatur, quod adversarii Jesuitarum, *Sinas* litteratos a 500 annis in atheismum prolapsos tuerentur, & tamen templo, altaria, & in his sacrificia Confucio fieri contendebant: nec enim excussis omnibus theologiae angulis rationem reperere, qua atheismum cum Sacrificio conjungerent. Itaque non satis perite etiam Jesuitas, tamquam idolatriæ fautores, ab iisdem proclamatos fuisse arguebant, qui, quoniam constanter affirmabant, & documentis quoque monstrarunt, *Sinas* gentiles nullam numinis partem, aut dignitatem, potestatemque humana majorem in Confucio, & defunctis Majoribus agnoscere, nec quidquam ab iis petere, aut sperare, ritus, quos hactenus Sinis christianis secundum Alexandri VII. decretum permiserant, non ad religiosum cultum, sed civilem solum pertinere judicabant.

Hæ-

Hædere etiam in testibus, quos pars Jesuitis contraria in medium afferebat. Horum aliqui, ut *Maffeius*, *Bartoli*, & *Kircherus*, nunquam in China erant, & de rebus sinicis solum ex aliorum narrationibus referebant, itaque videri in tam gravi causa minus idoneos ad præbendum testimonium fuisse. Maffeius enim historiam Indicam, cuius auctoritate nicebantur, scripsit anno 1588 proinde septimo post anno, quam Riccius in Chinam penetrasset. Si quæ igitur de rebus sinicis narrat, ea aliorum, qui ultra Cantonem non pertigerant, nec diu morari isthic permitti sunt, fide refert. Neque tamen vel hunc sincere in testem accersire, qui de defunctorum spiritibus in tenuem aerem resolutis, ne verbo quidem meminit. (339) Abusi sunt quoque Kirchero isthic, ubi Confucium non modo ut magistrum, verum etiam uti sanctum a litteratis Sinis coli affirmabant. (340) Kirche us enim iis, qui afferuntur, locis, (341) manifeste de Indorum *Pagodis*, & secta *Foe* & *Lauzu*, non item de litteratis Sinis, agit. Nihilo fidelius ejus auctoritate nituntur, cum adstruunt, litteratos peracto sacrificio, abeuntem Confucii spiritum variis verborum formulis solere prosequi, (342) de quo apud Kircherum (343) ne verbum quidem invenias. Nec satis bona fide Trigautio, cum ex æde vel aula Confucii

(339) In dubiis super quarto articulo, pag. 24. citatur ejus historia Indica pag. 100. Mea, quator, & prima editio est, nihil de hoc illic memorat. (340) Super quarto articulo pag. 14. (341) *China illustrata* Parte III. cap. 1. pag. 32. & 37. columna 1. (342) Super quarto articulo, pag. 17. (343) Citant partem III. *Chinæ illustratæ*, cap. 10. pag. 132. cum tamen Pars III. solum septem capitibus constet.

fucii templum fabricant, usi fuere. (344) Etsi enim  
is ædem Confucii *Fanum* vocet, tamen ad calcem  
subdit: *gratiam se habere protestati doctrinæ, quam*  
*in ejus libris repererunt, cūjus maxime adminiculō*  
*doctrinæ gradus ipsi suos, & opimos in re publica*  
*magistratus consequuntur, nullas porro ei preces re-*  
*citant, nec ab eo quidquam petunt, aut sperant.*  
Quid vero ædes Confucii cum *templo* communio-  
nis habere potest, quam non aliis, nisi litteratis,  
nec id semper pro lubitu ingredi licet, in qua nul-  
læ preces recitantur, nihil perit, nihil speratur?  
*Semedum quoque, ubi de oblationibus agitur, frustra*  
in testem accersitum esse, ipsi *Qualificatores* viden-  
tur sensisse, cum addant, eum negare, oblationes  
has esse proprie *Sacrificia*. (345) Videntur itaque  
adversarii eo ad faciendum duntaxat fucum usi fuis-  
se, cum is in hæc verba scribat: (346) *istæ obla-*  
*tiones, & ceremoniæ non sunt proprie Sacrificia,*  
*sunt Majoribus oblata, quia non credunt, Majores*  
*suos esse nec Deos, nec Sanctos, sed sunt solum de-*  
*demonstraciones gratitudinis, & reverentiæ, quas pu-*  
*tant, se illis debere, a quibus vitam acceperunt.*  
Ad hæc, illud etiam non tatis ad rem accommodatum  
multi censuere, quod adversarii Patris *de Mar-*  
*rin*, & *de Rhodes* testimonium in causa sinica ad-  
hibuerint, qui cum apud Tunchinenses, non item  
Sinas, Missionarii fuerint, parum apposite ad asse-  
rendam Confucio apud Sinas sanctitatem, utpote  
exteri, pro testibus adducti sunt. Erant quoque,  
qui

(344) Super eodem articulo quarto pag. 15. Cita-  
tur ejus opus de christiana expeditione apud  
Sinæ, lib. I. pag. 118. postremum erroneum  
est, & rescribi debet pag. 108. uti etiam pag.  
14. pro Joanne Guelter, rescribendum, Joanne  
Grueber. (345) Super quarto articulo pag. 14.  
& 34. (346) Hist. cultus Sinensis Part. I. cap.  
19. pag. 121.

qui majorem in episcopij Leonissa, causæ Maigro-  
tianæ patrono, candorem desiderabant, qui cum  
de offertoriis, & orationibus, quibus Confucii vir-  
tus cœlo, terraque æquiparatur, ejusque spiritus  
præteritos sanctos dicitur excellere, rituali, quod  
sub postrema familia *Tai-ming* ab Tartaris extin-  
cta, confectum fuit, usus esset, cum tamen ve-  
stiora, & magis sincera potuisset afferre, quæ di-  
seste testantur, Confucium præteritos, qui de lit-  
teris bene meriti erant, *sapientia*, non vero *sanc-  
titate*, excelluisse, & vocem *Xing*, quæ latissimi  
apud Sinas significatus est, de industria ad solam  
*sancitatem* indicandam detorsisset, cum tamen sa-  
cra congregatio jam anno 1545 ad Quæsita P.  
Morales, de voce *Xing* in hæc verba responderit:  
*ceterum, si eadem vox (Xing) in regno Chinorum  
habet latitudinem, posse ministros ea uti, (ad com-  
pellandum Confucium) si vero restringatur ad sig-  
nificantum veram, & perfectam sancitatem, nulla-  
tenus posse.* (347) Vitio quoque eidem dabant, quod  
quæ privatim ad quæsita Cardinalis de Calanate de  
Confucio responderat, non itidem ad Congregatio-  
nem retulerit, Confucium nempe ab idololatriis pri-  
vata solum autoritate, non item publica, nec ab  
omnibus, nec omni loco inter deos censeri. idque  
contra Imperii statuta, & litteratorum sententiam.  
(348) Quæ res itatum quælionis, ubi de Sacrifi-  
cio illi fieri solito agebatur, magnopere mutasset.

N 2

Non

---

(347) Vox *Xing* ut plurimum scribi solet *Xim*.  
(348) Mi pare, ait, che i gentili veramente ido-  
latri riguardano Confucio com' un di loro dei.  
benche in publico e con autorità publica non sia  
fra quelli numerato, ma solo con privata auto-  
rità da questo o da quello, in questo o in quello  
luogo con autorità privata — e contra il commu-  
ne del Imperio, per averlo impegnato la setta lit-  
teraria.

Non deerant etiam, qui testimoniū numerum in-  
irent, eorumque autoritatem inter se conferrent.  
Quæsitis, quos adversarii in causæ suæ patrocinium  
asserebant, subscriptos reperere omnino quindecim,  
e quibus si, ut supra dictum est, *Trigautius*, *Kir-  
cherus*, *Semedus*, & ex parte etiam *Maffeius*, tum  
*de Marinis*, & *de Rhodes* eximantur, supererunt  
universè novem, quos dum contenderent cum iis,  
quos sinensium episcoporum Procuratores Noel, &  
Castner, juridice, ut ajunt, probatos in medium  
proferebant, ingens omnibus discriminis visum est.  
Hi enim universè supra quingentos censebant, (349)  
qui mandato Maigrotiano contrarium asseverabant,  
& ex his Christianos centum nonaginta duos, qui  
testimonia sua jure jurando firmarunt, cum adver-  
sa pars ne unum quidem produxerit, qui, quod  
asseruit, juramento confirmaret: plures etiam ex  
Christianis, qui sine juramento idem affirmabant;  
ex gentilibus vero, centum decem ac novem, quo-  
rum uti & Christianorum litterati omnes, multi  
etiam primis dignitatibus ornati erant, quive uno  
ore ritus patrios ex publica & legitima institutione,  
tum perpetuo usu ad classem politices pertinere  
affirmabant. Itaque multis dubium de clausula,  
in qua *causa finita* esse dicitur, obojiri cœpit.  
Tousi enim, inquietabant, causæ, & controversiæ  
fundamentum in veritate, vel falsitate *expositorum*  
alterutrius partis nitebatur, hoc est, quæriebatur,  
utrum Morales, & D. Maigrot, an vero Marti-  
nius Sinensium ritus vere, vel false exposuerint?  
inde enim ferenda de iis sententia fuit. Nam si, ut  
Morales, & D. Maigrot eos exposuerant, ad cul-  
tum

---

(349) Exstant nominatim expressi in Summario se-  
cundo, quod Clementi XI. anno 1704. oblatum  
fuit: pene totidem in Summario primo anni 1703  
reperias.

tum religiosum spectabant, damnandi, si contra ut Martinus exposuit, ad civilem cultum pertinebant, absolvendi, vel permittendi erant. Sacra autem Congregatio nec de veritate, nec de falsitate *expositorum* quidquam pronunciare voluit, sed solum ritus & ceremonias, prout in quæsitis relatae sunt, Sinis Christianis vetitas esse statuerat, non videri igitur, si factum spectetur, causam sinicam esse, quin, addebant, cum sacra Congregatio judicium de utroque recusaverit, veri admodum simile esse, ut, si aliquod judicium ad declarandam veritatem vel falsitatem *expositorum* sit necessarium id videatur ad Imperatorem Sinarum remissum esse, ad quem citra omne dubium spectat, Imperii sui leges, atque adeo etiam rituum institutionem, vocumque sinicarum vim declarare. Hæc illi. (350) Nunc e diverticulo in viam.

## §. I.V.

Congregationis decretum, ut in Chinam fallatum eit, non eum, qui Romæ sperabatur, exitum habuit. Episcopi enim, & vicarii apostolici, cum viderent multa hoc decreto aliter constituta esse, quam Turnonius suo mandato vulgaverat, nec id, quod sacra Congregatio statuerat, ut cum episco-

N 3

pis

---

(350) Sumsi hæc ex variorum Theologorum scriptis quæ per id tempus vulgata erant, ut sunt: *Defensio decreti sacræ Congregatiōis in causa sinensi. Notæ in Notas adjectas decreto Turnonii. Animadversiones in presentem statum controversie sinensis. Litteræ boni amici ad Doctorem Sorbonicum. De cultu Confucii, & progenitorum apud Sinas. Observations circa expositionem rituum factam sacræ Congregationi. Censura libelli, cuius titulus: considerationes super reflexionibus in causa sinensi. Epistola ad DD. Seminaristas Parisinos Missionum extranearum. Observations in responsionem factam a Procuratore Card. de Tournon. Reflexiones in causa sinensi &c.*

pis & vicariis, nec non peritioribus Missionariis illarum partium consilia conferret, ab eo præstitum fuisse, quererentur, rursus apostolicam sedem appella e constituerant. Commodo Imperator sub id tempus P. Provana Jesuitam cum documentis ex tabulario suo de promtis Romam destinavit, cui episcopi quoque suas partes delegarunt, utque communis nomine causam age et, in mandatis dedere. Venit is in urbem anno 1703. & haud multo post adiutum ad Pontificem nactus supplicem libellum eidem obtulit, quo, cum breviter explicisset, ea, quæ ad Quæsita ex edicto D. Maigrot excerpta erant, nec episcopos, a quibus missus esset, nec Jesuitas unquam neophytis permisisse, causas cur decretum sacræ Congregationis a Turnoniano diversum esset, recensuit. (351) Prima sequidem, pergebat, diformitas: Nankinente enim est unde quaque absolutum, & decretorium et statuens legem certam ab omnibus in posterum observandam, & quidem sub gravissima excommunicatione latæ sententiæ --- & prohibens simpliciter, & indiscriminatim omnia in illo contenta, tanquam ab orthodoxa lege prorsus aliena, & consequenter nullum relinquens locum ulteriori examini, aut verificationi Factorum. Decretum autem Romanum magna quadam cum circumspectione procedit & super iisdem, super quibus Nankinense prodierat, caute & considerate pronunciat. Atque has cautelas secundum quævis controversiæ capita ostendit. I. De vocibus *Tien*, & *Xam-ti*, quas Congregatio solum vetuit, se illis vocibus apud præcipuam sinensem sectam non nisi cælum corporeum, & visibile, vel quævis cæli virtus eidem cælo insita designetur. Non ita decretum Turnonii. II. Nec vocem *Km-tien*, seu cælum colito permittendam esse, ut in Ecclesiis appendatur, attentis iis, quæ di-

---

(351) La verità e l'innocenza de' Missionarii &c,  
pag. 151.

diela sunt in responsione ad secundum quæsumum pri-  
mi articuli, nempe attenta suppositione facti ibi-  
dem expressa, quod præcipua sinensium secta per  
voces *Tien*, & *Xam-ti* non nisi cœlum corporeum  
&c. designet. Aliter rursus decretum Turnonii  
III. Quod ad oblationes, ritus, & ceremonias at-  
tinget, veritas solum esse, prout in quæsumis relata  
sunt, item juxta ea, quæ in quæsumis proposita sunt,  
ita, ut sacra Congregatio videatur istuc aperte men-  
tem, & verba intendisse, si facta sint, uti jacent,  
atque referre se ad quæsta prout sonant, vel ad fi-  
dem eorum, qui rem ita esse dixerunt, nihil autem  
super expositorum hujusmodi veritate seu falsitate pro-  
nunciare velle. Non ita Turnonii decretum. IV.  
Patere etiam ex eo Congregationis prudentiam,  
quod non censuerit damnatam esse præsentiam, seu  
affidentiam mere materialem, quam cum gentilibus  
superstitione peragentibus præstari contingat a Chri-  
stianis &c. nec vetuerit, quo minus erga defunctos  
peragi possint alia, si quæ sint, juxta earum gentium  
mores, quæ vere superstitione non sint; quin indul-  
serit etiam, subrogari tabellam, solo defuncti no-  
mine inscriptam. Aliter hæc rursus in decreto Tur-  
nonii. Tum in hæc verba prosequitur: *quid, ro-*  
*gamus, mitius, quid cautius in re tanti momenti*  
*Sanctitatis vestrae responsis?* *quid vero difformius ab*  
*his, quam decretum Nankinense, quo inauditis hinc*  
*inde partibus, eodem plane calculo de jure, ac*  
*facto sententia fertur?* — — & hoc est, de quo al-  
te conqueruntur appellantes, nempe episcopus Asca-  
lonensis „ ego, quamvis minimus, episcopus tamen  
„ & vicarius apostolicus, nondum a sancta sede  
„ sum auditus, quia non potui meas scripturas  
„ circa eas controversias confidere usque ad an-  
„ num 1705. — — & sub finem illius anni 1705.  
„ Romam misi. „ *Supplicamus advertere, quod ha-*  
*scripturae episcopi Ascalonensis pertinent ad illa,*

quæ de novo supervenerunt post 20. Novembris 1704. (352) adeoque examinari debuissent in China ante statuendam certam legem, vel nunc juxta bene placitum, & dignationem Sanctitatis vestræ poterunt proponi. Sic etiam vicarius apostolicus Nankinensis, similiter Macaensis, similes sunt querelæ episcopi Pekinensis. Et quidem si tale aliquod examen a RR. Patriarcha præmissum fuisset, ante decretum Nankinense, procul dubio Romani ipse missus inter multa alia scripta, quæ misit, etiam acta talis examinis, vel processum talis informationis, vel saltem relationem factæ id hujusmodi diligentiae. Sed tale nihil a RR. Patriarcha Romanam missum audivimus, quod Sanctitati vestræ perspectum jam erit, & inde pro altissima sua sapientia jam ante concluserit id, quod per ista simul sumta motiva efficaciter concludi videretur, nempe decretum Nankinense, quantum ad ejus difformitates cum Romano, vindicari non posse ex forma Commissaria procedendi in illo condendo, sed utique excusari debere ex eo, quod per errorem meri facti RR. Patriarcha forte credidit scribentibus ex Italia, quod sub talibus terminis decretum Romanum conceptum esset, sub quibus ipse suum decretum Nankinense concepit. Nimis longus sim, si cetera persequar, illud solum addo, Turnonium frustra ab episcopo Pekinensi rogatum missus, ut, casu quo perveniret decretum (Romanum) dignaretur pro nunc illud non publicare, sed ad meliora tempora reservare: id, quod ab episcopo Ascalonensi etiam factum missus constat. (353)

Hæc

(352) Itaque post edita jam Congregationis responsa. (353) Ita enim die 26. Julii anno 1706. ad P. Dentrecolles scripsit: Il y a déjà long tems, que j'ai fait tout ce qui dependoit de moy. Premierement j'avois prié instantament Mr. le Patriarche, quand même il auroit un decret de Rome,

Hæc primi, quem Provana porrexit, (354) libelli sententia fuit.

### §. LVI.

Altero libello materias controversas eo, quo illas D. Maigrot sacræ Congregationi proposuerat, ordine complexus est, testesque utriusque partis recenset. Adversariorum, seu negantium ritus sínicos ad civilem cultum pertinere, qui quotve fuerint, jam alias (§. 54) dictum est, quos Provana, ne difficultatem ullam subterfugere videretur, accurate resert, sed pro parte affirmantium tot testes producit, ut, si illis, quos Noel, & Castner in summario Pontifici porrecto exhibuerant, jungantur, numerum mille centum & octodecim efficiant. Pontifex utroque libello Congregationi Inquisitionis tradito, auditisque Cardinalium sententiis, die 25. Septembris anno 1710. decrevit, ac declaravit, responsa alias in causa hujusmodi ab eadem Congregatione data, & a Sanctitate sua die 20. Novembris 1704. confirmata, & approbata, nec non mandatum, seu decretum ab Eminentissimo & RR. D. Cardinale de Tournon, tunc Patriarcha Antiocheno &c. in Imperio Sinarum die 25. Januarii 1707. hac re editum, ab omnibus & singulis, ad quos spectat, inconcusse & inviolabiliter, sub censuris & pœnis in mandato hujusmodi expressis observanda esse, quovis contra faciendi quæsito colore, seu prætextu penitus sublato, ac potissimum non obstante quacunque appellatione a quibusvis personis sive secularibus, sive regularibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, ac quavis ecclesiastica dignitate fulgentibus ad sedem apostolicam interposita, quam pro-

de ne le pas publier dans la situation où sont les affaires. (354) Oblitus sum supra monere, P. Provana non prius ab Imperatore Romam insitum esse, quam comperisset PP. Barros, & Beauvillier mari haustos fuisse.

propterea Sanctitas sua rejiciendam decrevit, ac re ipsa rejectit. Porro cum idem D. Cardinalis de Tournon in suo mandato, seu decreto supra dicto, apostolicæ decisioni die 20. Novembris 1704. latè se expresse inhærere professus fuerit, (355) Sanctitas sua ulterius declaravit, ipsum mandatum, seu decretum, una cum censuris in eo contentis, ad normam eorumdem responsorum accipiendum esse, ita ut nihil per illud responsis præfatis additum, seu detraictum fuisse sensendum sit, ac omnia, quæ in eis insunt, etiam in mandato, seu decreto prædicto inesse intelligantur. Ad sopiaendas autem inter Missionarios discordias, instructionem confici, & Turnonio, si adhuc in China moraretur, sin contra, ei, qui in ejus locum subrogandus esset, mitti jussit, voluitque, ut si quis, cujuscunque partis, dignitatis, ordinisve esset, de his controversiis scriberet, sacris omnibus interditus esset. Si postrema, quæ ex decreto recensui, verba voles diligentius perpendere, videbis summum Pontificem insigni prudentia usum, partim ut decreti sui anno 1704. editi auctoritatem tueretur, partim ut Legati sui famæ & honori consuleret, (356) ea, quæ hujus mandato deerant, ex plenitudine potestatis supplevisse, voluisseque, ut respon-

---

(355) Id necessario post annum 1707. contigisse debuit. Nam ante vulgatum Nankini die 25. Jan. ejusdem anni 1707. mandatum, nihil Turnonio de responsis Congregationis anni 1704. die 20. Nov. authentice constabat. (356) Id Leibnitius pro sua perspicacia jam multo ante prævidit, ita Tom. V. pag. 71. ad D. Grimarest de Juvencii historia scribens: Quant à la conduit du Cardinal de Tournon je crois que le Pere a eu raison de la blâmer pour justifier son ordre, car il paraît en effet que le Cardinal s'est précipité d'une étrange manière, & je crois que le Pape sera obligé de le désavouer tacitement, quelque détour, qu'il puisse prendre pour cacher sa défaue.

Iponia sacræ Congregationis pro *insertis* mandato Turnoniano haberentur, quæ in eo non contineri, & ipsum Legati mandatum, & Congregationis responsa satis declarant. An vero, quod aliqui haud multo post vulgatum Pontificis decretum missabant, recte hinc conci possit, mandatum Turnonianum juris defectu laborasse, nolim, quod id præter instituti mei rationem sit, indagare.

### §. LVII.

Pontifex hoc decreto non contentus mentem quoque suam quatuor ordinum Generalibus per epistolam declarari jussit, cui recensendæ libenter supè fuderem, nisi scirem esse aliquos, qui eam ad soluim Generalem Jesuitarum missam esse commenti sunt, (357) ut hac ratione aliis persuaderent, solos Jesuitas condendo anni 1710. decreto causam præbuuisse. Lege sis illam. (358)

*Epiſtola illuſtrissimi Domini Antonii Bancherii, Aſſessoris S. officii ad reverendissimos PP. Generales S. Auguſtini, S. Dominici, S. Franciſci, & Societatis Ieſu.*

Ut ſinītræ interpretationi obvietur, qua aliqui eludere volunt Decretum ultimo emanatum circa ritus ſinenses, dicendo, quod per secundam ejus decreti partem, quid quid in prima dictum fuerat, revocetur, mandavit mihi Sanctitas ſua, declararem,

RR.

(357) Inter hos præcipuus est, quem alias jam memoravi, Anecdotarius Gallus. Huic accenseo Continuatorem Fleuryanum, qui Hist. Eccle. Tom. 68. pag. 185. Solius Generalis Jesuitarum meminit, quin mentionem faciat, idem epistolæ exemplum ad tres præterea Generales missum esse. (358) Exstat in Caduceo ſinico pag. 33. Variat in verbis, non item ſenu, ab ea, quam Continuator Fleuryanus cit. op. inferuit ex Fattinello, cuius stylus cum ab Romano magnopere abhorreat, vereor, ut Fattinellus eam genuine retulerit.

RR. Paternitati vestrae suo nomine, ut facio, quod sicut Sanctitas sua nunquam arbitrata fuit, quod suum decretum anni 1704. fuerit conditionatum, ita, ut observare, vel non observare illud, penderet ab arbitrio illius, qui judicaret verificatam fuisse expositionem, ita vult, ut exacta ejus observantia, nec non mandatum Eminentissimi Turnonii non posset hoc praetextu eludi, nec non penae a mandato comminatae. Quin potissimum, ut praetextus conditionalitatis in primo Decreto praetextae tolleretur, ordinavit Sanctitas sua, ut in secundo, & ultimo decreto adderentur ea verba: „ quovis contra faciendo quæsito colore, seu praetextu penitus sublatto. „ Præcipit itaque Sanctitas sua, ut decreto suo in Sinas mittendo, addatur hæc Sanctitatis sue declaratio, ne, ut pie Sanctitas sua confidit, occasio detur minus exactæ ejus decreti observantiae, tanto magis, quod comperta est Sanctitatis sue hac in re solicitude, Romæ ex Tribunalis sancti officii. 1710.

(359) Miraberis, si tibi affirmem, Tamburinum, is tunc Generalis Jesuitarum erat, eodem, quo epistolæ hujus exemplum accepit, die, confessim, respondisse, se Pontificis mandato ea, qua par est, promptitudine obtemperare, &, ut Jesuitæ in China eidem examissim morem gererent, operam naviiter daturum esse, quin, ut idem nomine totius Societatis Pontifici polliceretur, Procuratores provinciarum, qui sequente anno Romanam convenere,

una-

(359) Ut certissimum est, non fuisse in Missionariorum arbitrio, decretum Pontificis observare, vel non observare, si judicarent expositionem esse verificatam, aut contra, ita negari non potest, responsa Congregationis 1704. in quibusdam non fuisse conditione affecta, ut patet ex illis formulis: juxta ea, que in quæsitis proposita sunt: item, prout in quæsitis relate sunt, &c.

unanimiter obtestati sunt, in quorum comitatu cum ad Clementem XI. admissus esset, ac solenni verborum forma obedientiam decretis apostolicis, a suis præstandam promisisset, Pontifex illacrimans palam fassus est, videre se, quid, si obsequii genus, & promptitudo spectetur, inter Jesuitas, & horum adversarios interesset. (360)

Prius tamen, quam Pontificis decreta, & Generalium ad suos litteræ in Chinam perlatæ essent, incertum, unde rumor ad finem anni 1712 apud Sinas de decretis Pontificiis ortus sit, qui episcopos, & vicarios apostolicos, tum Missionarios quoque in varias partes, opinionesque distraherat, quemadmodum nempe mandata in decretis contenta a variis aliter atque aliter circumferebantur. Fuere enim, qui responsa Congregationis a Summo Pontifice *suspensa*, alii *minus legitime promulgata* fuisse dicerent; rursus alii existimabant, *conditionibus esse affecta*, (361) quæ nisi opere ipso compertæ haberentur, nullam iis vim legis tribui posse, alii spem novæ, ac lenioris declarationis Pontificiæ prætexebant, plerique pacis amantiores tam diu exspectandum suasere, donec decreta ex urbe afferrentur, iisque sine tergiversatione obtenerandum esse. Tam late per omnes diffusa, & majora in dies incrementa sumens animorum, sententiarumque dissensio, postquam celerrimis nunciis Romam perscripta fuisset, Pontifex malo, ne ipsa mora propagaretur, mature obviandum ratus, novum anno 1715. die 19. Martii decretum condidit, eique responsa Congregationis anni 1704. quorum omissione plerique Missionarii de valore mandati Turnoniani subdubitare ferebantur, ad verbum in-  
se.

---

(360) Réponse au livre intitulé: Extraits des assertions &c. Parr. III. Supplém. pag. 152. (361) Has causas decretum Clementis XI. anni 1715. exferre indicat.

seruit, simulque juramenti formulam, qua quisque Missionarius se obstringeret, hujus tenoris præscriptis. *Ego N. Missionarius ad Sinas, vel ad regnum N. vel ad provinciam N. a Sede apostolica, vel a Superioribus meis juxta facultates eis a Sede apostolica concessas, missus vel destinatus, præcepto ac mandato apostolico super ritibus, & ceremoniis finensibus in Constitutione sanctissimi Domini nostri, Domini Clementis divina providentia Papæ XI. hæc de re edita.* qua præsentis juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integrum ejusdem Constitutionis lecturam optime noto. plene ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, ac inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimperabo. Si autem, quod Deus avertat, quoquo modo contra venerim, toties, quoties id evenererit, pœnis per prædictam Constitutionem impositis, me sujectum agnoscere, & declaro Ita tactis sacrosanctis evangelii promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet! & hæc sancta Dei evangelia. *Ego N. manu propria.*

His constitutis, Pontifex cum plerisque sperabat, finem tandem Missionariorum dissensionibus impositum iri. Spem hanc jam olim quidam Missionarii de propaganda, scriptis soepe Pekino in urbem litteris, apud Romanos fovebant, inani persuasione ducti, Imperatorem rituum prohibitioni facile consensum esse, contra quam re ipsa erat, & ex eventu postea patuit. Ipsum adeo Clementem XI. istorum litteris non plane nihil detulisse liquet ex litteris, quas anno 1709. die 2. Martii ad regem Lusitanæ dederat, ita scribens: *Confidimus autem omnino, ut idem Imperator, eadem ipsa suadente aequitate, qua illum prædictum esse intellectimus, — pari benignitate permittat, ut eos sequantur mores, qui christianæ legi consentanei sunt &c.* Sed magis luculente ad ipsum Imperatorem Sinarum: *Interea plurimum refert, ut tibi*

*omnino compertum sit, nullo modo a nobis improbari, quod inclita Sinensium natio, grato ac memori sit animo erga progenitores, ac magistros suos, quibus se multum debere intelligit, sed id unum, quod equitati esse consentaneum pro tua spectata prudenter agnosces, id unum expetimus, ut liceat Christianis, hujusmodi humanitatis officia iis modis persolvere, qui non repugnant puritati, ac sanctitati nostrae religionis, districte vetantis, ulli creaturae, utcunque excellenti, cultum illum adhiberi, qui uni, ac vero Deo, cœli & terræ creatori, ac Domino debetur.* (362) Si unquam, hoc profecto tempore lis tot annis, & tanta partis utriusque animorum contentione agitata, fortasse terminari poterat. Cum enim Pontifex Sinensibus non prohibuerit, ut grato, memorique erga progenitores, & magistros suos sint animo, eisque humanitatis officia persolvant, modo ne ejusmodi sint, quæ uni, ac vero Deo, cœli & terræ creatori debentur, Imperator autem in sua declaratione (§. 43.) professus sit, se non cœlo corporeo, sed ei, a quo cœlum, terra, resque omnes sunt, sacrificare, & Confucio cultum a Sinis exhiberi non ad petenda ab eo bona, ingenium, dignitates, sed duntaxat ob præclara, quæ ut hominum magister reliquit, vitæ documenta, ceremonias denique Majoribus defunctis exhiberi solitas, proficiisci solum ex intentione testandi suum erga parentes amorem, neque quidquam ab iis postulari; idemque non modo episcopus Gregorius Lopez, origine Sina (§. 25.) & in litteratura Sini-ca optime versatus, tum episcopus quoque Ascalonensis, (§. 30.) & Macaensis, vicariique apostolici, sed multorum etiam annorum Missionarii ex Dominicanis, & Franciscanis (§. 30.) tum littorati Christiani edito juramento, gentiles autem nominum subscriptione (§. 52.) testaréntur, via ad

con-

---

(362) Exstat in continuatione Hist. Eccles. Fleuryæ, Tom. 68. pag. 35.

concordiam utcunque complanata videri poterat, nisi hanc illi, qui crebro in urbem scribillabant, Imperatorem facile rituum prohibitioni consensum, impedimento fuissent. Quo factum, ut Pontifex puritati religionis, ut debebat, consulere volens, ceremonias has aboleri optaverit, Imperator contra ritus suæ gentis, a bis mille, & ultra annis lege regni sanctos, indemnes servari voluerit. Non me hæc comminisci testatur epistola (363) Joannis Fatinelli, Roma ad DD. Pedrini, & Ripa, utrumque Missionarium de propaganda fide Pekinum scripta. *Vestræ litteræ*, inquit, e Sinis anno Domini 1713. die 26. decimi mensis, hoc est, Kamby anno 52. die 8. IX. Lunæ Romam pervenerunt: tres alias pariter vestrarum DD. epistolas Kam by anno 51. scriptas singulas accepi. Cum magno lætitiae sensu accepi nuncia de vestra, & R. P. Fabri Bonjour valetudine. Quæ ad me scripsistis, retuli suæ Sanctitati, quæ intelligens, Imperatorem vos tractare cum honore, & benevolentia, & contentum esse de modo, quo totis viribus ipsi serviti, magnam ex eo lætitiam percepit, & multas properea egit Deo grates. Quamvis isthic sint homines, qui ægre ferunt, alios secum in Sinis, confidimus, Deum impertitum magno Sinarum Imperatori amorem, & aequitatem universalem adeo, ut permittat omnibus Missionariis Europæis suam legem publicare, quin ab iis exigat quidquam contrarium puritati suarum consuetudinum; & tunc summus Pontifex certe mittet viros doctos ad Sinas, qui se de-

(363) Hanc D. Pedrini finice versam Imperatori obtulit, cum dicto: *recepit unam epistolam ab uno Magnate, qui est coram Summo Pontifice, qui curam habet nostrarum rerum: hanc epistolam verti, offendendam vestræ Majestati.* Acta Pekinensis ibid. an. 1717. edita.

devovereant ejus servitio, sed desiderat, ut ejusmodi homines non adigantur quidquam facere contra statuta suæ religionis, & ut tolantur ejusmodi hominum isthuc venturorum impedimenta. Quis enim in toto terrarum orbe ignorat magni Imperatoris Sinarum supremam virtutem, & magnam famam? neminem esse, quem non permittat quiete degere in vasto suo Imperio, nullum ab ipso cogi, quamvis ex aliena religione ad eam violandam. Multo magis nos speramus tantam benignitatem Imperatoris erga nostræ sanctæ legis præcones, non cogendos huic non convenientes ritus. (364) Quod nuncium si habere possumus, DD. vestræ non sint solicitæ, confidenter significant Imperatori, statim hinc mittendos homines scientiis præditos. Et si vos in aula regia potestis obtainere ædes proprias ad habitandum pacifice, tam pro personis vestris, quam pro ipsis ædibus, multo magis hic invenientur, qui isthic vos convenire desiderent &c. Romæ anno Domini 1713, 16. die ultimi mensis, id est, Kam-by anno 5<sup>o</sup>. die 29. decimæ Lunæ. (364) Hic, ut vides plane sibi ex acceptis a D. Pedrini, Ripa, aliisque Pekino litteris persuadebat, Imperatorem facile permoveari posse, ut ritus suæ gentis aboleri sineret. In eadem opinione serius postea etiam Clemens XII. fuit, qui dum a Francisco Retz Jesuitarum Generali, ejusque, ut vocabant, Assistantibus, post adeptum Pontificatum salutatus esset, causam sinicam eisdem com-

(364) Nempe more Sinensium, qui annum a Februario inchoant. Fattinello ob egregie navatam operam, si Mercurio Augustano fides sit, anno 1713. a Clemente XI. oblatus est Canonicatus ad S. Petri, quem ille quidem senectutis titulo recusavit, optabat tamen ut id in vulgus spargeretur, quo agnoscant homines, honoribus eos ornari, qui contra ritus Sinicos diligenter depugnassent.

commendans, *habetis*, inquit, *autoritatem, potestis ita disponere, ut non sit opus judicio aut nostro, aut Congregationis de propaganda.* (365) At spes istæ, ut decreta Clementis XI. in Chinam allata sunt, penitus evanuere, ut ex iis, quæ porro narraturus sum, intelliges. Prius tamen, quæ in China de epistola Fattineli judicia multorum fuerint, paucis tibi aperiam. Non dubitabant verbis illis: *quamvis isthic sint homines, qui ægre ferunt alios secum in Sinis: Jesuitas aperte peti, sed videbant etiam, hos non tam stolidos fuisse, nec a quoquam creditum iri, ut putarent, se solos adducendis ad fidem Christianam Sinis sufficere: proinde illa, secum in Sinis, rescribi debere, secum in aula: quemadmodum non obscure indicarent illa: mittendos homines scientiis præditos: his enim Jesuitæ viam sibi in Chinam straverunt, (§. 17.) & sensim domicilium Pekini, & in aula obtinuere, magisque confirmant, quæ sequuntur: Si vos in aula regia potestis obtainere ædes proprias &c. huc nimirum respexisse Turnonium, dum Pekini domum ab Imperatore peteret, (§. 47.) huc quoque episcopi a Leonissa conatus, dum Romæ esset, spectasse, (§. 44.) huc denique etiam pertinuisse combinationem Domini Mai, (§. 44.) dum suis e Seminario Parisino Missionum exterarum sociis aperte edixit, se, si sibi porrò molesti esse pergerent, itum ad Imperatorem, eique declaraturum, quo fine in Chinam venissent, ut adeo istorum conatus magis ad proturbandos ex aula Pekinensi Jesuitas, quam ad religionem propagandam spectasse videatur, malam illis pro præstitis beneficiis gratiam redentes, (366) quod primi aliis viam ad Sinas stra-*

ve-

---

(365) Hæc Pontificis verba Assistens Galliæ in sua adversaria retulit, ex quibus eadem excerpsti.  
 (366) Quæ, & quot beneficia Jesuitæ præstiterint DD. Maigrot, de Lyone, a Leonissa episcopis, tum

verint, &c, si periculum ingruebat, id, qua valebant in aula gratia, conati sint avertere, licet ipsi prope fuerint, ut eorum, a quibus minime oportiebat, molitione, ex China penitus exigerentur.  
 (367) Sed hæc, quoniam te audiendo jam fessum video, hactenus.

## O 2

## COL.

tum Missionariis DD. Guëtti, le Blanc, Basset, Appiani, Frosolani &c. prolixo refert P. Fontaney in epistola ad P. de la Chaise, Tom. XVIII. Lettres édifiantes &c. novæ edit. pag. 332. Excerpto testimonium Nuncii apostolici, aulam Parisinam. La sacrée Congregation ayant appris par les lettres qu' elle a reçues des Evêques, des vicaires apostoliques, & de plusieurs Missionnaires de la Chine avec quel zèle les Jésuites François se sont employés, depuis qu' ils sont dans cette mission, à soutenir la religion & à rendre aux autres Missionnaires tous les services que la bienveillance de l' Empereur les a mis en état de leur rendre, a cru devoir donner à ces Peres un témoignage authentique de la satisfaction qu' elle a de leur conduite. Ainsi dans une lettre signée par Mr. le Cardinal Barberin Préfet de la sacrée Congregation & par M. Fabroni Secrétaire de la même Congregation, elle me charge de vous remercier de sa part, de vous témoigner combien elle est sensible à tout ce que vous & les autres Jésuites vos compagnons avez fait dans ce vaste Empire pour le bien de la religion, & pour soutenir dans leurs fonctions tous ceux qui travaillent &c. Hæc Nuncius apostolicus ad P. Fontaney. (367) Horror est ea legere, quæ Vol. V. Histoire générale des voyages pag. 361. referuntur. Il s' eleva à Macao une dispute entre le Vicaire général du saint siège, & les Franciscains : jamais l' Enfer n' inventa rien de plus noir que la vengeance d' un partisan du Vicaire général contre le Supérieur des Jésuites, qui s' étoit déclaré pour les Franciscains. On curoit vu périr volontiers la religion chrétienne à la Chine, pourvu que les  
 pre-



## COLLEGIV M VIII.

**D.** Pedrini porrecto *Imperatori libello improvide detegit*, quæ Romæ circa ritus acta erant: hic propterea vigiles in portibus constituit, ut, si quid litterarum Roma veniret, ad se referretur. *Anglicæ naves Decretum Clementis XI. in Chinam adferunt*: Frater a Castorano, episcopi Pekinensis vicarius, cum eo Pekinum properat, id *Jesuitis prælegit*, & juramentum scripto ab iis exaratum recipit: is propterea carceri inclusus, quæstionibus exagitatur: mox liber dimissus jubetur sparsa Decreti exemplaria colligere, & Romam remittere. Nova hinc tempestas; religio Christiana novem Tribunalium sententia damnatur, cui *Imperator subscribit*: *Missionariorum trepidatio*. Roma mittitur Carolus Mediobarbus: ejus acta: quædam Decreti capita mollit; reddit in Europam. *Mors Imperatoris Cam-by*: ejus Successor Missionarios, demitis Pekinenibus, Macaum relegat: Jesuitarum pro his, & religione felicitudo. Carmeliteæ novi Roma Legati adjunt: eorum frustraneus conatus. Clemens XII. statuta Mediobarbi irritat: miser religionis status: Benedictus XIV. anno 1742. edita bulla finem litus imponit. & ritus condemnat. Quædam ex hac tenuis dictis corollaria.

### §. LVIII.

**I**nterea, dum Romæ decreta cudebantur, quidam in China evenisse reperio, quod non pa-

rum

---

premiers furent enveloppés dans leurs ruines : on fit entendre aux Chinois, que leur ambition étoit sans

rum ad id contulisse videtur, ut spes Summi Pontificis deinde in irritum recideret. D. Pedrini Missionarius de propaganda, cui Imperator mandaverat, ut, si quid ad eum ex urbe scriberetur, ad se quam primum referret, libellum anno 1715. eidem obtulit, quo non solum ea, quæ haec tens de ritibus Romæ acta erant, intempestive revelavit, sed criminaciones quoque in Mandarinum *Chao-cham* cuius fidem Imperator semper integrum expertus est, ac in Jesuitas non parca manu conjecit, obtestatus, ut libellum clam aliis habere vellet. (368) Fecit quidem, quod rogatus erat, Imperator, sed abhinc etiam magis in res Romanas intentus, Mandarinum *Li-pur-gba* in mandatis dedit, ut Cantonem, & Macaum profectus, diligenter exploraret, an quid litterarum navibus Europæis allatum esset, sibi que in Tartariam profecturo celerrime significaret. Hæc inter Imperator, ubi libellum a D. Pedrini sibi oblatum pene integrum annum clam aliis habuisset, e thermis redux primum filio suo, tum Mandarinis, ac in primis Praefecto *Chao-cham*, ce-

O 3 te-

---

sans bornes & que la prédication de l' evangile n' étoit qu' un préteate pour elever le P. Cataneo un des leurs au trone Imperial, que leurs établissemens à Cantong & à Pekin étoient faits pour les favoriser que la flotte Hollandoise, qui avoit paru sur les côtes, étoit venue pour les seconder que le gouvernement à Macao étoit dans leurs intérêts avec ses troupes, & que les Chrétiens de Japon devoient se joindre à leurs amis de la Chine. Tout étoit perdu si cette accusation fut venus jusqu' aux oreilles de l' Empereur, mais la tranquillité Chinoise la prudence des Mandarins de Cantong les sauva : ils firent des informations, exactes & ils reconnurent qu' on les avoit trompé. (368) Acta Pekinensis, pag. 171. Si non esset nimis longus, & non tot falsa contineret, libens illum depromissum. Retractatio autem & Confessio D. Pedrini exstat in Actis Pekinenib[us] pag.

terisque Europaeis legendum dedit. Ita patefacto dolo ad aulam accersitus est, jussusque palinodiam canere, scriptoque, quod jure jurando firmavit, teltari, & Romam ad Pontificem transmittere. Ut hominem, ejusque artes pernoscas, placet palinodiam illius hic attexere. *Ego infra scriptus, vocatus cum omnibus Europaeis, qui habitant Pekini, in compedium Imperatoris die 11. & 13. Novembris currentis anni 1716. testor, Imperatorem ad me conversum præcipiendo dixisse: Te-like (Theodorice Pedini) documenta circa vestræ religionis negotia, quæ dedi Josepho Provana, Romanum deferenda, (§. 55.) sunt vere mea verba, tu autem diverso modo scripsisti, quod alter sic, alter aliter scribat, fieri nequit.* Meum verbum non est nisi unum, quod nunquam mutavi, & mutari non potest: nempe nisi procedatis circa ritus nostri Imperii, ut Matthæus Riccius, & ceteri a ducentis annis hucusque processerunt, vestra religio non potest permitti, & practicari in Sinis, nec vos tollari potestis in meo Imperio. Multoties tibi uni rememoravi, quomodo Cardinalis de Tournon, & episcopus Cononensis rem vestræ religionis destruxerint: tu, quare hujusmodi verba non misisti in Europam? cur his contraria ad Pontificem scripsisti? in hoc erronee scripsisti, & habes magnum peccatum. Si secundum leges Imperii ulterius procederem, quid vobis fieret? perdidisti rem vestræ religionis, occidisti (hoc est sinica phras, omnibus detrahisti) occidisti omnes Europaeos non solum hodie viventes, sed etiam pridem defunctos. Hæc non sunt a Deo: Deus semper inducit ad bonum, diabolus, ut semper audivi, non est liber ad bonum, inducit semper ad malum, ejusmodi sunt a diabolo. Hæc Decreta Pontificia certissime sunt falsa: quando Provana redierit, ego determinabo. Ita de ejusdem Imperatoris mandato testor, ac juro, Pekini die 14. Novembris anni 1716. Theodoricus

*Pedrini Missionarius apostolicus.* Hinc mirari non debes, si Provanæ Romana Legatio non eum, quem *Cam-by* sperabat, exitum habuit. Cum enim *Pedrini* longe diversa ab Imperatoris mente, dictisque in urbem perscriberet, primum erat, ut Legato, & allatis ab eo documentis parum credetur, quo factum, ut, quæ *Pedrini* in sinico exemplari Imperatori exhibito fassus erat, nempe: ego recenter in Sinas adiectus, non adeo intelligebam linguam sinicam, consuetudines, nec noveram characterum Sinicorum sensum, nec consului cum D. Ripa: unde, si tunc temporis in nunciis, quæ scripsi, fuerit verbum aliquod discrepans a mandatis regiis, illud erronee scripsi: in latino exemplo Romanum mittendo omiserit, ne isthic mendacii reus, aut rerum Sinicarum ignarus haberetur. Prius tamen, quam hoc evenerat, perincommode accidit, ut sub idem tempus, quo *Li-pur-gha* jussu Imperatoris ad visitandos, ut dixi, portus abiit, naves Anglicæ, si tempus spectes, opinione citius, hoc est, anno 1716. sub Augusti initium Cantonem appellerent, quæ fascem Romanum, P. *Ceru*, Procuratori Missionariorum de propaganda inscriptum, afferebant, in quo decretum anno priore, die 19. Martii signatum continebatur. Hujus exemplaria cum idem *Ceru* die 12. Augusti ad episcopos, & Vicarios apostolicos conductis bajulis misisset, repente, quem memoravi, Mandarinus adfuit, quæsivitque ex omnibus, quos nancisci poterat, Missionariis, ac ipso etiam *Ceru*, an litteræ ex urbe, & cujus argumenti allatae essent? illi, ut res erat, nullas ab se visas fatebantur, hic vero respondit, se nullas accepisse, neque de rituum controversia, aut prohibitione audere loqui, timere se in hoc Imperatorem, & si qui forte alii de ejusmodi re loquantur, se digitis sibi aures obstruere. (369) Sed

homo acutus, ex perturbata Missionariorum concursatione id, quod erat, conjectans, Imperatorem per litteras edocuit, quid ex Missionariis, & P. Ceru comperisset, quid contra ipse existimaret; videri nempe sibi litteras Roma adesse, hoc se adeo ex trepidatione Missionariorum non vane suspicari, monitumque propterea a se Præregem fuisse, ut acriter Europæos observaret. Qui cum inter se de novo decreto varia conferrent, non potuit res ita clam haberi, quin non aliquid, velut per rimam, Pekinum pertingeret, monitusque fuit *Kilianus Stumpf*. Jesuitarum per id tempus Visitator, litteris Lantone scriptis, Præceptum apostolicum, quo ritus veterantur, ex urbe allatum, ejusque exemplum episcopo Pekineni jam traditum esse. Ille non ignarus, quas spes Imperator Roma præcepisse, ac hinc initare periculum videns, missa ad Superiores, & Missionarios Societatis encyclica epistola, omnes ad recipiendum Præceptum, & præstandum juramentum hortatus est, monuit tamen, ne quid non consentientibus episcopis facerent, jubebatque, suam illis epistolam exhiberi, petique ab iis in re tam ardua consilium, quod ubi accepissent, sine tergiversatione obtemperarent. A his autem litteris die 15. Octobris Bernardino ab Ecclesia, episcopo Pekineni, qui in *Ling-cin* degebat, dubia sua, non de Præcepto apostolico, sed de modo illud exequendi, proposuit, petiitque, vellet, quid sibi, suisque in omnem eventum, & temporis, rerumque, ut se darent, adjunctis faciendum sit, proportione muneris sui, & potestate decernere; se quidem, suoque, quæ constitueret, omnino facturos, meminisset tamen, a Missionariis, qui in aula essent, exemplum in utramvis partem ad reliquos per Chiam manatum. Episcopus, quid ille peteret, & quale immineret periculum; præteriti temporis admonitu probe intelligens, promulgationem Præcepti in tempus magis opportu-

num differre statuit. Sed Carolus Horatius a Castorano, qui vicariam illi operam navabat, majore fortassis spiritu, quam prudentia, ductus, nihilque periculi subesse putans, has sibi partes mandari rogavit, rectaque Pekinum properans, 5. die Novembris omnia Jesuitarum domicilia obibat, extractoque ex ocrea Praecepto apostolico, id audientibus omnibus prælegit, & juramentum de eo servando præscriptum, quod illi sine mora scripto præliterant, exegit, (370) quemadmodum ipse serius postea ad Congregationem de propaganda his verbis significavit: (371) *ego illam (constitutionem) omnibus intimavi, & ad finem usque perlegi, qui omnes illum acceptarunt, dixerunt nihilominus, non posse amplius administrare, & ex tunc pro suspensis se dare, tum propter certum periculum missionis jam perdendæ, tum propter grave onus per dictam constitutionem Missionariis impositum, ut toutes, quoties, & quoquo modo contra venerint, se excommunicatos videtur, absque eo, quod a quocquam, nisi a solo Summo Pontifice absolutionem obtinere possent, tum denique, quia, antequam episcopi ordinarii aliquid certi statuant, ne sciunt, quænam sunt, quæ in posterum Christianis permettere possint: illa sine dubio præ oculis habentes, quæ sacra Congregatio his verbis statuerat: similiter nec per eadem responsa vetari, quo minus erga defunctorum peragi possint alia, si quæ sint juxta earum gentium mores, quæ vere superstitione non sint, nec superstitionis speciem præ se ferant, sed intra limites civilium, ac politicorum rituum contineantur.* Quare Visitator omnium nomine flagitabat, ut aut Caltoranus doceat verbo, si non scripto, quid, quantum, quo modo, qualiter circa ritus prohibendum, quid permittendum? aut permittat, ut Patres abstineant a ministerio, donec D. episcopus jam primi

(370) Ibid. pag. 106. (371) Ibid. pag. 108.

*dem requisitus respondeat: sed cum is a ministerio abstineri nolle ob sequuturos motus apud Christianos, qui episcopo molesti propterea futuri essent, Visitator paucis reposuit; si scripto, si verbo proxim publicationis mibi, & Patribus meis significare negas, age, cras Dominica cum sit, tu in Ecclesia Collegii, cathedrali D. episcopi, & per duos DD. Clericos per alias duas Ecclesias nostras fac publicationem, atque opere, seu exemplo nos doce.*

(372) Episcoporum enim, & Vicariorum apostolicorum, quibus Decretum Pontificis inscriptum erat, officium fuit, id vulgare, viamque designare, qua Missionarii tuto ingrederentur, & in neutram partem exorbitarent. Alioquin si Jesuitæ, & quidem Pekinenses, Imperatoris, & palatinalium oculis expositi, rituum prohibitionem vulgassent, motus Pekini, & per totum Imperium cum periculo religionis, sin sua auctoritate quedam Congregationis responsa mollivissent, motus Romæ futuri erant, criminique Jesuitis datum, quod in jus episcoporum temere involarint. Si ad ea, quæ alias jam ex me audieras, mentem velis reflectere, facile cognoscetis, illos, qui omnia apud Sinas propria futura, Romanam prescribere solebant, cum ad rem ipsam ventum est, onus ab se amoliri, & in Jesuitas devolvere voluisse, eo, ut apparer, fine, ut, si res feliciter caderet, laus facti penes illos esset, sin contra, malus successus Jesuitis tribueretur. Quod ad promulgationem Decreti attinet, multorum judicio, non in urbe regia, sed in remotis locis initium sumendum erat, idque sensim, ut usu ipso comperiretur, quid dissimulante, aut pacato Imperatore, cum religionis commodo, frumentaque fieri possit. Quod si Castoranus fecisset, non se tot, quas postea perpessus erat, molestiis implicuisset.

§. LIX.

## §. LIX.

Improveide enim factum, quod pro vulgando decreto ædem Jesuitarum intra croceum palatii murum sitam delegerit, ubi Mandarini, & inter hos *Chao-cham* a D. Pedrini offensus, jussu Imperatoris in condenda pragmatica, quæ Decreto Pontificio opponeretur, laborabant. Agnitus ab his, & Imperatori proditus, die 7. Novembris, altis jam tenebris, a *Chao-cham* catenis vinciri, & carceri palatino *Xin-him-fu* dicto includi jussus est, sequenti die urbico criminum Tribunali tradendus, Jesuitis pro ea, qua apud *Chao-cham* valebant, gratia id studiose agentibus, ut a Praefecto carcерum liberaliter haberetur, & famulus ad praestanda obsequia, illi comes esset. Tertia post die, hoc est, 11. Novembris, in quæstionem a Mandarinis voratus, ubi ad interrogata respondisset, die 14. ejusdem dimissus est. Subrides, ut video, & Mosheimium tuum mihi cogitas oggerere, qui Castoranum septemdecim mensibus tenebroso carceri inclusum scripsit, (373) mira metamorphosi ex lucido carcere tenebrosum, & ex septem diebus, menses septemdecim effingens. Nolim, ut mihi fidem habeas, audi ipsum Castoratum in sua relatione ad sacram Congregationem: (374) ad carceres, ait, Tribunalis *Xin-him-fu* deductus fui, ubi statim matutinum recitare absolvi: id profecto tenebras non indicat: & mox: die tandem 14. Novembris, Lunæ X. die prima, circa meridiem redierunt Mandarinii, mei examinatores, & in eorum præsentia genibus flexis constitutus, dixerunt mihi; Imperator vobis pepercit, & jussit tibi solvi catenas, & statim solutus fui catenis post septem noctes, & totidem dies. Nemo facile, ut reor, nisi Mosheimius, septem noctes, & totidem dies, in septemdecim menses converterit. Quid libero jam ex carce.

(373) Cit. op. pag. 32. (374) Acta Pekinenisiap. 149.

cere Castorano factum sit, optime intelliges ex mandato Imperatoris, ut illud idem ad Congregationem prescriptit. (375) *Die 30. Lunæ XI. nos Prefecti Jang-sin-tien, accepimus a Tribunali criminum Xin-him-fu, examina, & depositiones Kang-ho-su* (id sinicum Castorani nomen fuit) *& suæ Majestati significavimus, sua Majestas vero dedit hoc mandatum.* „ Edictum Pontificis, quod tulit Carolus, Ius a Castorano, ipse dicit, quod sit illi datum „ a Pang-ke-lieu (Josepho Ceru), qui manet Cantone, & non recepit nostrum diploma. (§. 48) „ Ego Imperator, cum propter hoc negotium misserim (§. 55.) Ngai Josep. (P. Provana) & nondum redierit, absit, quod detur talis ratio agendi „ ut Pontifex privatim, & in occulto velit publicari iuum edictum. Hæc conjicio, quod certissime sint Cardinalis de Tournon, & episcopi Cononensis, cohortis vilium hominum perversitates, mendacia, & deliramenta. Ideo accipitur hoc edictum & iterum tradatur D. Carolo a Castorano, & subito illum mittite Cantonem rigoroseque publicet Josepho Ceru, ut si hoc editum Pontificis publicavit in alias provincias, riter ipse Ceru omnia recolligat, & subito ad Pontificem reportet. — Attamen facite, ut ipse Carolus a Castorano, eo, quia privatim publicavit edictum, quomodo jusserrim, ut catenis alligaretur, & in carcere traderetur, exemplinum interrogaciones, & ipsius responsiones omnia clare describat, exemplo autem cum ipsis nunciis, una cum ipso edicto, subito tradat Josepho Ceru, ut ipse eat, & deferat, ad Europæ Pontificem. His reverenter pareatur. „ Adjecere Mandarini de suo: *cum negotium juxta placitum Imperatoris perfeceris, tu Carole a Castorano celeriter Pekinum redibis, & nobis Mandarinis Jang-sin-lieu referas, nos autem suæ Majestati significabimus.* Qua fide autem mandata perfecerit, &

Quæ illi cum Visitatore Jesuitarum lites postea intercesserint, referre supersedeo, quod & parum honorifica Castorano sunt, & religioni mihi ducam hiatum, qui in decretoria Bulla Benedicti XIV. exstat, (376) supplere.

## §. LX.

Haud multo post, quam Castoranus ad colligenda decreti Pontificii exemplaria Pekino abierat, ingens a *Chim-mao* provinciæ Cantonensis Prorege in religionem tempestas commota est. Cum enim portus, & vicinas Macao insulas oberrasset, copiam navium Hollandicarum Imperio perniciosa suspicatus, Tribunalia Pekinensia periculi admonuit, suggesto inter cætera consilio, optime discrimini cautum iri, si certus navium numerus, quibus ad portum aditus pateat, statuatur, & religio Christiana, quod homines hanc professi facile cum exteris vires conjuncturi essent, e regno penitus exterminetur. Accusatio per provincias didita, magnani Christiano nomini invidiam conflavit, & quod fucatam veri speciem præferret, novem Tribunalium judicio probata, & ab Imperatore, frustra Jesuitis contra omnibus, die 23. Maji anno 1717. firmata est. (377) Hoc rerum statu, cum nec episcopi, nec vicarii apostolici vellent decernere, quid ex ri-

ti-

---

(376) Bulla *Ex quo*: §. XI. (377) Acta Pekinenſia, pag. 34. --- 37. Sed Anecdotalius Gallus Tom. III. pag. 379. hanc persecutionem inter fabulas a Jesuitis excogitatas censet: *en ce temps-là, inquit, les Jésuites faisoient jouer une comédie de leur façon, sçavoir l'accusation d'un prétendu Chim-mao contre la religion Chrétienne.* Et tamen Jesuitæ confessim libellum finice scriptum huic accusationi opposuere hoc titulo: *Réponse apologetique à la Requête présentée à l'Empereur par le Mandarin Chim-mao contre les Européens & contre la religion Chrétienne.* Exstat Tom. XIX. lettres édifiantes &c. novæ edit.

tibus permittendum, aut vetandum esset, & Missionarii suo arbitratu id præstare non possent, Jesuitæ Pekinenses Romanum periculi in quo res Christiana esset, celeriter admonere statuerunt. Commodo D. Thomas Garvin, natione Scotus, (378) arte Medicus, veniam ab Imperatore obtinuit in Moscoviam redeundi, cui litteras, & documenta, quæ ad rem præsentem facerent, prope finem Iunii dedere, ex Moscovia deinceps in Italiam transmittenda. Subinde sententia novem Tribunalum per provincias vulgata est, quæ magnam non modo inter Christianos, sed & Missionarios animorum perturbationem commovit. Christiani enim, si ritus ex legum scito non peragerent, apud Imperatorem, Missionarii vero, si eos indulgerent, apud Pontificem accusandi erant. Itaque Missionariorum aliqui, præsertim ii, qui crebro Romanum perscripere, ritus salva Missione, prohiberi posse, quædam neophytis indulgenda censuerunt, quæ sacra Congatio velut superstitiosa diserte vetuerat. Hujus, omni exceptione major testis est, Joannes Fernandez Serrano ex familia S. Francisci, ipse quoque veteranus in China Missionarius, qui anno 1717. die 22. Aprilis, ad Commissarium sui ordinis hæc perscripsit: (379) illi, qui Romanum informarunt, (380) omnia facilia afferendo, jam coram oculis suis per-

a pag. 38. ad 72. uti & libellus supplex pro religione Imperatori porrectus a Patribus Stumpf, Suarez, Parrenin aliisque ibid. a pag. 22. ad 27. Quid, quod sententia novem Tribunalium extet quoque in annalibus Imperii Tom. XI. a pag. 321. ad 329. Hinc quisque impudens Galli autoris mendacium intelliget. (378) Tom. XI. annal. sinicorum pag. 336. dicitur fuisse Anglus, qui cum D. Laurentio Lang, & Leone Ismailov a Petro M. in Chinam missus erat. (379) Acta Pekinen. pag. 187. (380) DD. Peartini, & Ripa, tum Appiani, & Caytoranum sui ordinis intelligit.

vident Missionis interitum, totusque conatus eorum  
veritur ad quærendam aliquam in Constitutione la-  
xitatem, & ideo permittunt, quod vere, & reali-  
ter prohibitum est, & si contra eos arguimus ex re-  
sponso sancti officii ad sex quæsita, ad quartum ar-  
ticulum, (§. 53) respondent, eam prohibitionem in-  
telligendam collective de illo ceremoniarum, rituum-  
que aggregato, coram tabellis, sed non divisiue :  
ad quam responsum allegant defensionem D. Cono-  
nen sis, qua probare intendit, omnes ceremonias,  
quas egit in condolentia ad funus Mandarini amici  
sui, (§. 41.) omnes fuisse politicas, dictamque de-  
fensionem bene obscuram, ipse Constitutioni apostoli-  
cae anteponere satagunt, ideo solum, quia D. Cono-  
nen sis afferit, quod aliae ceremoniae in Sina sint po-  
liticae, aliae religiosae, quodque ipse salutaverit de-  
functum more sinico, quasi vero in Sina salutationes  
fierent more gallico? — — secum cogitet vestra  
Charitas, an sacra Congregatio clarius loqui va-  
leat? (381) non ita fieri debet, ajunt, si enim Si-  
nis ad litteram ingerimus constitutionem, ut jacet,  
nullus persistet in fide, nullus fidem deinceps susci-  
piet, & Romæ, ubi negotium facile ex-  
hibuimus, mendaces habebimur. Miseros  
nos! si tam lato sensu sumeremus Constitutionem, &  
permitteremus Sinis, quod illi permittunt, jam con-  
clamatrum contra nos effet, ut perjuros, & innoda-  
tos censuris, Romamque ire cogeremur sine remedio,  
de quo mihi diligenter cavebo, quantumvis nullus  
Sinarum maneat Christianus. Missionarius quidam  
sacrae Congregationis, vestrae Charitati notus, mihi  
dixit valde usciveranter: „ mi Pater Frater! cre-  
„ dat mihi, hoc & illud posse permitti, mihi no-  
„ ta est intentio suæ sanctitatis: „ cui respon-  
di,

(381) In responso ad quæstionem quartum.

di, domine mi! si vestra dominatio habet auctoritatem a summo Pontifice ad dispensandum aliquantulum in Constitutione, ratione manifestæ, & maxime difficultatis in observantia, id mihi adducat, & ei obediem, neque enim minus salvationem animarum desidero, quam alius quicunque. Negavit se quidquam auctoritatis habere, & ego replicavi, si auctoritate caret, certissimum habeat, me intelligere Constitutionem, ubi mens suæ sanctitatis bene expressa est, ego autem mihi sum primo loco ante omnes Sinas totius istius orbis. Accedit, quod idem, qui Romam litteris, ut ita dicam, inundabant, & neophytis quædam concedi posse, sua auctoritate affirmabant, non consentientes sibi Missionarios, vel decretorum conculeatores, haberent, ut rursus idem Serrano his verbis testatur: (382) Si veritatem, ait, scripsissent, non maneret nobis materia conquerendi, verum quod scribant, nos tractandi, ut conculeatores decretorum apostolicorum, cum tamen Charitas vestra norit, hæc Constitutio primum sit, quod ad nostras manus pervenit, id sane intolerabile est. Tantummodo hic Cantone scivimus mediante epistola D. episcopi Pekinensis data, si recte memini, 1712. quod ille receperit decretum anni 1704. verum quod illud publicare non audeat, quādū non receperit instructiones a sua Sanctitate promissas, (383) ne sine his in materia tam gravi erraret. Si autem sua dominatio episcopaliter, habito inter manus decreto authentico, operari ausa non est, propter defectum instructionum suæ Sanctitatis, quid nos poteramus facere, qui & decreto, & instructionibus carebamus? an in materia tanti ponderis procedere debebamus juxta diuersa horum, vel illorum? si ita processsemus, subsequentibus innumeris abstinentium casibus, ut modo sequuntur, accusaturi nos erant

(382) Acta Pekinen. pag. 186. (383) Consule §. 53<sup>a</sup>  
circa finem.

erant quod ista succedant per imprudentiam nostram: ill strat id exemplo ridiculo quidem, sed ad rem valde accommodo: atque ita, progreditur, ad litteram nobis contingit, quod contigit tribus Parochis in insulis (Manilis). Erant isti sibi vicini, simul etiam amici. Apropinquante tempore, visitationis episcopalnis inter se convenerunt, ut primusmoneret, secundum, secundus tertium, quid ageret, aut egisset episcopus visitator? prodiit primus ad excipiendoam suam dominationem episcopalem, & de proposito, eo die totonderat barbam; aspiciens episcopus recipientem, dixit itane puella factus es, glabro ore me recipis? quadraginta argenteos solwas pro mulcta. Mulctatus monuit secundum de successu tonsuræ: secundus igitur, processit intonsus, increpuit eum episcopus dicens: tunc Capuccinus es? tam prolixo barbae antipendio occurris episcopo tuo? quadraginta Patracis mulctator. Pendit hic mulctam, & scribit ad tertium Parochum; sis tonsus, intonsus, te mulctabit consus, una quadragena erit tua pœna. Ut tribus Parochis, ita nobis successit, ac succederet, quomodounque demum operemur.

Nihil igitur mirum, si Missionarii opinionibus in partes distracti essent, quod decretum anni 1704. primum anno 1712. in Chinam perlatum sit, neque id episcopus Pekinensis, ob defectum instructionis Romanæ sibi fideret promulgare, ut nunc quoque, cum decretum anni 1715. Jesuitis Pekinensisbus prælectum erat, crebro a Visitatore Jeuitarum per litteras rogatus, quid, quantumve ex ritibus sinicis permittendum neophytis esset, respondere, & suo judicio decernere recusavit. Quare Visitator rursus episcopum litteris convenit, petiitque, ut male in dies latius grassanti remedium tandem afferret. De Missione, inquit, quid dicam inter medias ruinas & ætas Illustratis vestræ, & mea, cum habituali infirmitate conjuncta, nobis ambobus loquitur, non multo post nos vocandos, ut Pa-

Hoc, & operariū rationem de ovibus reddant, quid ni igitur loquamur ad invicem pleno corde, quod pro bono gregis loquutos nos fuisse lætemur coram eo, qui oves redemit sanguine suo? ecce jam annus est, a quo per litteras promisi, me cum meis recepturum Praeceptum apostolicum: id recepi, in illud juravi, instruēiones petii, non silui necessitatem ovium, communicavi documenta, probavi acta, & coram oculis posui statum, in quem prolapsa est res Christiana tam mense Novembri 1716. quam mense Aprili, & Majo 1717. & ad ista omnia quid mihi responsum est Octobri 1716. ad hanc 20 Octobris currentis 1717. nisi illa non intelligibilia verba, manu Illustratatis vestræ exarata: „ ben sà che cœcus non judicat de colore: „ hic provoco ad meas, & responsorias Illustratatis vestræ, illas in originali duplicato, has in ad me missa penes me habeo. Excusat se Illustritas vestra, quod in senii levamen pro bono gregis constituerit vicarium generalem, qui a 16. Aprilis usque huc moratur Pekini: sed ille hic est, quasi non esset, & quoties eum peto de remedio Missionis, de solutione alicujus difficultatis, negat se quidquam posse, sed se ad D. episcopum scripturum simulat. — — Denique cum Illustritas vestra nuperime Christianorum tam Xantunensium, quam Pekinensium litteras (384) ad ipsum miserit, iis significans, ut doceantur a P. Carolo, cui delegaverit suam potestatem, ille jejunos dimittit Christianos, & calumniatur nobis, quasi nostra instigatione illæ supplicationes a Christianis factæ fuissent. (385) Hæc cui bono? jam annum carent oves sacramentis, non  
sup-

(384) Has in modum libelli supplicis anno 1717. die 26. Augusti porrexerunt Mandarini militares.

(385) Quid tandem in hoc peccatum fuit, si Jesuitæ, quibus episcopi & vicarii apostolici responsa dare renuebant, neophytes petendi consilii causa ad Pastores suos miserunt.

*suppletur grex Domini nova foetura, multi deficiunt a fide, & post sententiam novem Tribunalium in pluribus locis distringuntur Ecclesiae, captivantur Christiani, coguntur ad ejurandam fidem, pendentque undique Proregum pragmatice contra sanctam legem. Quid ulterius exspectamus? an ut nos omnes obere compleamus, quod P. Carolus saepius dixit: illamus? (386) Ferventius forte scribere videor, verum non credo me innoxium fore coram oviū Domino, si dicere voluero, me ad Vicarij frigidam gregis curam siluisse &c. (387) Si, quantum judicio critico valeas, experimentum dare cupis, hunc tibi locum relinquo, ut in illum commenteris; triplex tamen genus Missionariorum te oportet distinguere: quos Congregatio de propaganda mittebat, apostolici, quos Seminarium Parisiense Missionum extranearum, Domini, ceteri ex quacunque Religiosorum familia essent, solum Missionarii audiebant. Forte hinc hiatum illum, quem in Bulla Benedicti XIV. existare dixi, quantum quidem ad res gestas attinet, supplere potes. Ego ad alia proprio.*

### §. LXI.

Dum hunc in modum res Christiana ob epis coporum taciturnitatem, & discrepantes Missionariorum opiniones vacillabat, Clemens Pontifex de periculo edoctus, novum in Chinam Legatum mittere statuit. Delectus est Carolus Mediobarbus, Patriarcha Alexandrinus, qui anno I<sup>o</sup> 10. mensē Maio Roma movit, &, ne iisdem difficultibus, quas olim Indiarum Prorex, archiepiscopus Goa-

P 2

nus,

---

(386) Crebro enim haec usurpabat: *Si nolunt nos, abeamus, completa est malitia Imperatoris, quid facere possumus? curavimus Babylonem, non est sanata, derelinquamus eam.* Vide acta Pekinen. pag. 66. (387) Ibid. pag. 99.

nus, & Macaensis Antistes Turnonio obmoverant, implicaretur, Ulyssiponem divertit, bonaque regis venia navim conscendens Macaum anno 1720. mense Septembri appulit. Hinc post unius mensis moram Cantonem profectus, & a Mandarinis nomine Proregis splendide acceptus, ad domum Missionariorum de propaganda divertit, mandata Imperatoris, quem Prorex de adventu novi Legati per celeres nuncios edocuit, expectans. Interea Missionarii variorum ordinum ex vicinia convolantes Legato officia salutationis impendebant. Adsuic inter primos e Fokiensi provincia *Joannes Laureati*, Vilitator Jesuitarum per Chinam, qui, ut primum ei Breve summi Pontificis una cum litteris sui Generalis Legatus reddiderat, juramentum prius, quam id Legatus postulabat, scripto conceptum eidem tradidit, spoponditque in hæc verba.

(388) *Ego Joannes Laureati Societatis Jesu, cuspiciens omnem suspicionem a me amoliri, quæ de animi mei sensu oboriri posset, promitto coram Deo omnipotente, qui intima cordis scrutatur, & juro, me nunquam sive per me, sive per alios, directe vel indirecte, quidquid SS. Dominus noster Clemens Papa XI. de ritibus sinicis constituerit, impediturum esse.* (389) *Furo etiam, me omnia circa illos statuta sincere impleturum, adjuturumque omnibus viribus D. Carolum Ambrosum Mediobarbum, in hac causa hic missum cum potestate Legati a latere. Hæc promitto, & voveo sponte mea, & a nullo rogatus. Ita me Deus adjuvet, & sancta ejus evangelia. Joan. Laureati. Magno illi ta.*

---

(388) Réponse au livre intitulé: Extraits &c. Supplém. Partis III. pag. 155. (389) Hoc, ut alias monui, indicio est, saepe Pekino Romam fuisse scriptum, per Jesuitas stare, ut decreta Pontificia in China acceptentur, sed quam erronee, ex dictis patet.

tamen hoc promtum obsequendi studium stetit. Nam, ut primum id Imperatori relatum est, hominem catenis vinciri, & in carcerem compingi jussit. Ex quo facile Legatus intellexerat, quam caute sibi deinceps utendum esset cum Imperatore, qui in virum, sibi ceteroquin charum tam severe animadvertisset. Accessit, quod fere quotidianis percontationibus a Mandarinis, per Proregem subornatis, de adventus, & Legationis causa fatigatur, ex qua molestia non prius se se explicuit, quam *Li-pi-tchongus* primi ordinis Mandarinus ab Imperatore missus, anno 1721. Cantonem venisset. Ab hoc navi regia, comitatu in alias distributo, versus Pekinum ductus, haud longe ab urbe in æstivo palatio Imperatoris jussus est subsistere, ubi post impensos quieti dies aliquot, primum a Jesuitis Pekinensibus, tum a Principe sanguinis regii *Les-si-biu* (390) iussu Imperatoris salutatus, & mox Pekinum inductus est. Postridie amictu Europæo, quod illi in significationem benevolentiae concessum, ad aulam invitatus, interprete Parrenino, circumstantibus sanguinis regii Principibus, & frequentissimis Mandarinis, Imperatorem ritu sinico salutavit, vicissimque ab illo secundum consuetudinem gentis, porrecto scypho aureo, vini pleno, ut ex eo libaret, acceptus est. (391) Ita primus dies inter mutuae salutationis officia pacate, hilariterque transactus, ceteri non item. Nam ut primum ad explicandas Legationis causas proprius ventum est, Imperatorem minus, quam in principio sperabat, tractabilem reperit, præsertim quod res collato cum præcipuis Mandarinis consilio, ut plurimum transigendæ essent, & Imperator diserte edixisset, si mandata Pontificis ritibus Imperii adversa es-

P 3

sent,

(390) Is postea, suscepso baptismo, Ludovicus datus est. (391) Hist. générale de la Chine &c. Tom. XI. pag. 341 — 47.

sent, nec religionem Christianam posse salvam in China persistere, proinde munera, quae attulisset, referret, & quam proxime redditum in Europam appararet. Hac denunciatione consternatus, ne tantum itineris re infecta exantlasset, Breve Pontificium Imperatori deferendum, Mandarinis tradidit, simulque aliud adjecerat, quo, quantum a rigore mandatorum recedi posset, explicabatur. Quamquam autem soepius in aulam accerseretur, de ritibus tamen, & Pontificis mandato, jam in linguam sinicam converso, potissimum cum Mandarinis tractabat. Semel tantum, iterumque Imperator tamquam aliud agens, praesenti ingesserat: quem in modum Pontifex denatura rituum Sincorum judicare possit, quos nunquam vidisset? numerus quid, addebat, vitio mibi daretur, si de Europeis consuetudinibus mibi agnotis sententiam vellem ferre? (392) Diu post haec, sed incassum, tractata cum Mandarinis concordia, cum Imperator de sua sententia nollec decidere, neque permitteret, ut statuta Imperii sui exterorum judicio antiquarentur, renunciari Legato jussit, quid quid rituum causa inter se, & Pontificis Legatos abhinc, quam Turnonius in Chinam venerat, actum fuisset, se ex Imperii tabulario, in quo documenta hue spectantia servarentur, de promturm, facturumque, ut manifestarius libellus tribus linguis conscriberetur, per Moscoviae Legatum, qui id se facturum promisisset, in Europa divulgandus, *nolo enim*, subjecit, ut hac in re mei unius judicio stetur, *Europam ipsam volo arbitram esse.* Ea re Mediobarbus omnes rationes sibi conturbari videns, cum Imperatorem supremum salutasset, etiam atque etiam orabat, ut a proposito vulgandi per Europam libelli eo usque abstinaret, donec ipse Romam reversus Pontificem de omnibus rite edocuisse. Ille hac

pro-

promititudine placatus, vade, ajebat, quam primum potes, intra triennium te rursus affuturum spero, simul scriptum de iis, quæ inter se, & Legatum per Mandarinos acta fuissent, concinnari, idque omnibus Missionariis, qui Pekini erant, concitis legi, lectumque tradi Legato jussit, Romam perferendum. (393)

### §. LXII.

Ita Pekino dimissus, in comitatu ejusdem Mandarini *Li-pi-tehong*, Cantonem rediit, inde Macaum sine mora protectus, ut, quam primum posset, in Europam solveret. Hic & obfirmatum Imperatoris animum, & Missionis universæ discrimen secum diligenter perpendens, consiliaque cum Missionariis conferens, (394) ne nullam penitus medelam afflictis rebus afferret, litteras pastorales anno 1721. die 4. Novembris Macai condidit, quibus Constitutionem anni 1715. in suo vigore quidem se relinquere, sed quædam, ob dubia inter Missionarios orta, Christianis Sinensibus permettere declaravit. Quæ autem haec fuerint, juvat illius verbis afferre. (395)

I. „Permititur Christianis Sinensibus, in suis privatis domibus uti tabellis defunctorum, fin scriptis solo nomine defuncti, apposita ad latus declaratione debita, & omissa quacunque superstitione, nec non secluso omni scandalo.“

P 4

II.

(393) Réponse au livre intitulé, Extraits &c. cit. Supplém. pag. 156. & Du Halde Tom. III. pag. 155. (394) Benedictus XIV, in Bulla: *Ea quo singulari*: duorum meminit, sed nuspiciam illos nominat. (395) Sumsi hæc ex apographo in charta sinica, cuius autographum ad Vice-provincialem Jesuitarum missum est. Subscriptus est F. Sosteneus Maria Viani, sacré Visitacionis apostolice Procancelarius, cuius Diarium fabulis plenum circumfertur.

II. „Permittuntur omnes ceremoniae nationis  
„ sinicæ circa defunctos, quæ non sint supersticio-  
„ se, aut suspectæ, sed civiles.“

III. „Permittitur Confucii cultus ille, qui ci-  
„ vilis est, & etiam ejusdem tabellæ, purgatae &  
„ litteris & superstitionis inscriptione, & adjuncta  
„ declaracione debita, sicut permittitur ante ejus  
„ tabellam correctam accendi candelas, uriri odores,  
„ apponi comestibilia.“

IV. „Permittuntur reverentiae genuum flexio-  
„ num, & prostrationum erga tabellam correctam,  
„ aut erga feretrum, aut defunctum.“

V. „Permittitur pro usu, & expensis fructuum,  
„ offerri candelas, odores &c. appolita in schedula  
„ deoita declaratione.“

VI. „Permittitur preparari mensas cum dul-  
„ ciariis, fructibus, carne & cibis usualibus, cir-  
„ ca & coram feretro, ubi sit tabella correcta cum  
„ debita declaratione, & omisis superstitionis, pro  
„ quadam honestate tantum, & pietate erga de-  
„ functos.“

VII. „Permittitur coram hujus tabella cor-  
„ recta, reverentia *Co-teu*, (396) cum in anno  
„ novo sinico, tum in aliis anni temporibus.“

VIII. „Permittitur cum tabellis reformatis,  
„ comburi odores, accendi candelas, cum debitiss  
„ cautelis, sicuti etiam ante tumulum, ubi pariter  
„ collocari possunt cibi, ut supra dictum est, ad-  
„ hibitis cautelis, & declarationibus, ut in superio-  
„ ribus.“

Hæc Christianis interea Mediobarbus permit-  
tenda censuit, donec apostolica Sedes aliter suo  
ju-

(396) D. Mosheim cit. op. pag. 39. in epite ita ex-  
pressit: Er vergönnet siebentens, daß man  
vor der Tafel, die Ko-teu genennet wird &c.  
prostrationem corporis humocenus perperam ta-  
bellæ tribuens.

judicio constitueret, vetuit tamen, ne in Sinicam & Tartariam linguam verterentur, aut alis, quam Missionariis communicarentur, etiam atque etiam admonitis, omni studio, & cura in id incumbenterent, ut sublati sensim gentis ceremoniis, eas, quas Ecclesia præscribit, subrogarent. His ita, ut ratio temporis videbatur poscere, constitutis, mense Decembris ejusdem anni Macao solvens, in Europam abiit, firmissimo animo in Chinam redeundi, ut Imperatore, quod pollicitus erat, rursum saluto, religioni Christianæ consuleret.

### §. LXIII.

Verum Cam-by sequente anno obiit, Successorem relinquens Pong-tchingum, quarto genitum, qui vivo etiam patre haud obscura animi Christianos perosi indicia dederat, eosque, ut rerum potius est, aperto quoque odio exercuit. Nam & in Principes Sunu eodem secum sanguine procreatōs, non habita etiam, quod Sinis alias inusitatū, ratione sexus feminei, quod fidem Christianam amplexi essent, saviit, & Ecclesiā supra trecentas demoliri iussit, Missionariis omnibus, qui extra Pekinum erant, Macaum relegatis. Jesuitae, qui in obsequiis aulae erant, ægre se sustentabant; nec aliis, quamquam cuperent, opem ferre poterant, tum quod omne litterarum cum aliis commercium graviter vetitum fuerit, tum quod intra luctus triennium non nisi se vel, atque iterum ad Imperatorem admissi fuissent, idque precaria opera defuncti Imperatoris filii tertio decimo loco nati, qui, cum libellum supplicem Imperatori porrigidum ab iis accepisset, in quo statu, inquietabat, res vestræ abhinc sint, quam dissensiones religionis causa inter vos ortæ fuerunt, iisi scitis, quantum studii, & industria, ut has complanaret, pater meus impenderit, non ignoratis etiam: Quid vobis videretur, si nostri Sinenses in Europam delati, ritus vestros, moresque nostris veulent conformari? frater meus,

Im-

*Imperator*, serio in animum induxit, ut hic litigiis modus tandem, & finis imponatur. Petiere autem eo libello, ut Missionaris, qui diploma olim a *Cam-by* impetrassent, (§. 48.) in China ticeret manere, ceteris vero locus exilii mutaretur, & Cantonem pro Macao designari pateretur, quod is portus Europaeis navibus, per quas pecuniam cum epistolis, & res alias excolendis scientiis necessarias acciperent, commodior, quam Macaensis esset. Imperator lecto libello rem ita temperavit, ut, qui disciplinas mathematicas profliterentur, Pekinum venirent, aliqui ad res Europaeas curandas Cantone resisterent, ceteri abiarent Macaum, & hinc, si voluerint, in Europam remigrarent. (397) Nihil praeterea impetrari potuit. Atque hoc intra triennium luctus, quo finito etsi duo Legati ex Carmelitarum ordine, Pontificis nomine, una cum munerebus, & litteris anno 1725. Pekinum venissent, frustra tamen eorum conatus fuit. Cum enim inter cetera rogarent, ut Missionarios Macaum relegatos ad pristinas stationes redire sineret, qua ratione, ut dicebant, *Majestas tua Pontificis senio jam confecti vitam in plures annos prorogaret*, ad quæ Imperator: *si id voluisssem, dudum utique prestiturus eram, cum Patres aulici ea de causa libellum supplicem mibi porrexerunt*: tum ex P. Gotbardo, is primas in Legatione tenebat, quænvit, quot in exilium relegatos putet, intellectaque, prope quadraginta esse, *quid hic manipulus, reposuit, in tam ample Imperio potest boni praestare,*

(397) Hæc sumi ex epistola P. de Mailla, ad P. du Halde Pekino data anno 1724. die 16. Oct. apud Josephum Stæcklein Weltbot Tom. II. Parte XII. pag. 53. Item Réponse au livre intitulé, Extraits &c. cit. Supplém. ad Part. III. pag. 157. Ceterum hic ille Mailla est, qui annales Imperii Sinici ex Tartarico in Gallicum vertit.

re, quorum vix unus, alterve cuivis provinciae obtingat? nec hi ob linguae simicæ imperitiam prædicandæ religioni fatis idonei sunt: e re proinde illorum est, ut Pekini, & Cantone tantum morentur. Scio quidem vobis cordi esse, ut, quoad fieri potest, omnes Sinas vestræ religioni initietis; sed si id cupitis, primum ab aula, tum frequentissimi Imperii urbibus, Pekino, & Cantone, exordium sumite; id si effectum dederitis, tum supervacanea vestra opera erit: siquidem Pekinenses & Cantonenses ad propagandam in reliquas provincias religionem per se se, quin vobis opus sit, satis erunt. Præterea si religio litteratorum nostrorum in paucis a vestra discrepat, cur vultis, ut præ illa vestram amplectamur? sin contra penitus dissentit, nolite vobis persuadere, nos religionem aliquot mille annorum spacio roboratam, vestri causa prius desertu-ros esse, quam liquido constet, utra ex his verita-*ti magis consentanea sit.* (398) Ita Imperator, ut fere solent ii, qui religionem ad humanae ratio-nis critirum exigere solent. Legati a colloquio dapibus regiis laute habiti, factoque in Europam redeundi apparatu, nihil plane in religionis com-modum effecere, quin ab eorum discessu major in Christianos per Prolegem, & ceteros urbium provinciæ Cantonensis Praefectos, Imperatore, ut sus-picio non de nihilo erat, subornante, anno 1732. excitata fuit. Cum enim antea quibusdam Missio-nariis, ad curandas res Europæorum, Cantone morari licuisset, Prorex affixo ad octo templorum, tot Christiani Cantone habebant, portas mandato, quo legem Christianam morum corruptricem, cau-sam turbarum, & falsorum dogmatum plenam ca-vil-

---

(398) Epistola P. Caroli Szlaviczeck Pekino data anno 1725. die 20. Novemb. Vide cit. Tom. apud Stocklein pag. 87. & seq. qui colloquio huic interfuit,

villabatur, omnes convasatis rebus intra triduum urbe excedere, & Macaum proficisci jussit, quin non destituit quoque Præfectos Macaenses minis, & promissis concitare, ut eos penitus in Europam relegarent. Dies 21. Augusti exilio constitutus erat: Frustra Missionarii se Imperatoris *Cam-by* diplomatici, frustra etiam obtenta nuper a *Kong-tchingo* Cantone manendi venia, tuebantur, naves inscendere coacti universe quindecim, tot enim solum erant, & inter hos *P. Porquet*, ex cuius litteris hæc sumsi, Macaum pervenere. (399)

Non possum hoc loco non facere, quin, prius ad alia quam progredior, fabulas, nisi mavis mendacia, quibus diarium Legationis a Mediobarbo obitæ scatet, tibi detegam. Autorem illius ferunt esse *Softeneum Viani*, qui Mediobarbi Procancellarius erat. Edidit autem id saepe mihi jam memoratus Anecdotarius Gallus: is duplex exemplar se præ manibus habuisse testatur, alterum Italicum, Latinum alterum, & utrumque jussu Mediobarbi conscriptum, & ab eodem revisum; latinum tam multa continere, quæ italicò desint, additque hunc defectum a se suppletum esse. Jam hoc ipsum suspicionem merito ingerit, diarium ab Anecdotario interpolatum, & corruptum, quin ipsa quoque diaria, quibus se ultum fuisse ait, malæ fidei esse. Qui enim fieri potuit, ut utrumque jussu Mediobarbi fuerit conscriptum ab homine, qui rebus gestis intererat, & a Legato recognitum, nec tamen alterum alteri consentiat? adde, quod, quid quid cum Sinis actum est, tam Legatus, quam diarii Scriptor per interpretes egere: interpretes autem

---

(399) Scripserat has ad *P. de Goville* Macao 1732. die 11. Dec. Vide Weltbot Tom. IV. Part. XXV. pag. 10. Item epistola *P. Philippi Sibin* eodem anno 30. Dec. ex eadem urbe data, ibid. Part. XXXIV. pag. 2.

rem fuere, in via *Pereira*, Pekini in aula *Parrenin*, uterque Jesuita. Quis vero, nisi hebetissimus, sibi persuadeat, tam absonta, & plane enormia, quæ in eo diario de Jesuitis continentur, crimina ab his ipsis esse prodita? sin ex aliis Scriptor diarii hæc intellexit, quid veterabat, ad faciendam fidem, eorum nomina edere? qui Pekini in aula tunc agebant, & sinicam linguam callebant, præter Jesuitas, fuere DD. *Ripa*, & *Pedrini*: at illi cum Mandarinis, qui cum Legato, Imperatoris nomine res tractabant, nihil unquam contulere; Mandarinis Jesuitarum opera solum usi sunt; hos vero, ut id regeram, sua crimina sponte fassos fuisse, nisi stolidissimos quis fuisse putet, nemo, etiam vertiginosus credet. Unde igitur ea, quæ in itinere; & aula gelta sunt, Legatus, & diarii Scriptor, uterque recens in Chinam appulsus, linguae ignarus, intelligere poterant? næ hæc malam fidem Anecdotarii aperte produnt, quod ex spissis erroribus diarii magis perspicuum fit, paucos delibabo. Narrat P. *Ceru*, Procuratorem de propaganda a P. *Laureati* Jesitarum Visitatore missum fuisse ad salutandum Mediobarbum, cum is Cantone venit: quid Jesuita habuit, quod Procuratori de propaganda mandaret? aut cur hunc mittere ad salutandum Legatum, qui stabilem sedem Cantone habuit? vide, ut hic Scriptor se ipsum jugulet. Deinde addit: P. *Miller* Jesuitam, domino *Appiani* autorem fuisse per litteras, ut consilia cum Missionariis de propaganda conferret, ne, si Legatus Macaum venerit, diversa a Jesuitis responsa darent. Quam multa hic absurdæ! D. *Appiani* quatuordecim annis, Jesitarum technis, in carcere squallebat, ut ipse Anecdotarius fatetur, & nunc P. *Miller*, qui recens in Chinam venerat, jam domino Appiani tam familiariter cognitus, ut illum ad Jesitarum partes contra Legatum pertraheret? en epistolam, quam ad Provincialem

Austriæ dedit, ex autographo, quod p̄nes me est, exscriptam. Pekino, Iyenali Imperatoris Sinarum residentia, habeo sequentia mandata: (hæc seorsim scripta erant) non abs re Reverentiae vestræ, & per R. V. toti huic provinciæ Austriæ communicaanda, ex quibus status Missionis Sinensis abunde constabit, una rogans enixe R. V. quo sanctis suis, suorumque Sacrificiis, & precibus ex charitate open ferat Missioni jam jam agonizanti, mibique eidem RECENTER adscripto, & non sine periculo cum pluribus aliis in eadem latitanti. Cantone 15. Aprilis 1720. Is postea rediit in Europam, & Viennæ anno 1727. moatus, omnia hæc ignoravit, quæ Anecdotorius ab eo, & per eum gesta fuisse somniavit. Adde & illud, quod epistolam ejusdem ad D. Appiani scriptam, die 3. Julii anni 1720. signatam, insignis fraudum artifex, commentus est. Unde enim Mediobarbum venturum jam hac die norat? movit is Ulyssipone, ut Anecdotorius ipse fatetur, die 25. Martii anno 1720. & 23. Septembris eodem anno Macaum appulit: unde, inquam, P. Miller jam 3. Julii de illius adventu cognovit? forte a Barnabitis *Calebi*, & *Alexandrini*? Sed hi primum mense Septembri Cantonem venisse dicuntur, & illinc Pekinum movisse, ut Imperatoris animum venturo Legato conciliarent. Hoc Barnabitæ facerent, novicii in regno, linguae, & consuetudinum ignari? annales Sinici, qui exterorum adventum diligenter connotant, ut ad hunc annum *Ismailovii* Russiæ Legati meminerunt, ita de his Barnabitis altum tacent, quos Anecdotorius fraudulenter supposuit duobus Carmelitis, qui primum sub finem anni 1725. in Chinam advenere, ut paullum supra memoravi. Denique, ne quid artis comicæ deesset, P. Ludovicum *Fan* Jesuitam, origine Sinam, qui Missionarium in *Leotung* extra murum agebat, Pekinum traducit, transformat in Mandarinum, & mox eundem, linguarum Europearum

p̄arum expertem, commutat in interpretem Mediobarbi. Illud quoque ridiculum, quod ex P. Tomacelli, qui ex Congregatione Clericorum Minorum, & jam inde Roma cum Viani in comitatu Mediobarbi erat, Jesuitam creet. An, si Viani autor hujus diarii fuisset, is, cuius familiæ alumnus Tomacelli fuerit, tam turpiter ignoraslet? atque haec non tam tul gratia, quam illius, qui historiam Abbatis Fleury continuat, dicta sunt. Forte discet hinc cautior deinceps esse, & majori critorio scriptoribus ad continuandam historiam Ecclesiasticam uti. Revertamur Pekinum.

## §. LXIV.

Interea Jesuitæ Pekinenses, quid Cantone factum esset, certiores redditи, in id ante omnia incubuerant, ut criminationes, quibus Lex Christiana a Prorege petebatur, convellerent. Itaque Ignatius Kögler Tribunalis mathematici Præses, & haud ita pridem in Tribunal etiam rituum, quod in usitatum hactenus erat, cooptatus, libellum supplicem socrorum nomine conscriptum, anno 1733. die 16. Januarii primis aulae Mandarinis tradidit, ab his, cum occasio ferret, Imperatori exhibendum. Libellus ad redditum Imperatoris, qui vernos honores defuncto patri ad sepulcrum, tridui itinere Pekino dissitum habebat, dilatus est. Redux, ubi libellum legisset, Jesuitas in comitatu D. Pedrini, adesse jussit, quibus, adstantibus præter morem duobus primis aulae Ministris, pauca de religione Christiana, quam nec vetusset hactenus, nec vulgari permisisset, celeriter præfatus, vos, dicebat, parentibus, & majoribus defunctis nullum honorem præbetis, tantique illos facere videmini, quanti lapides, quos quotidie calcatis. Documento est Ur-tchen (erat is Princeps Josephus ex regia familia Sunu) qui, ut primum vestra sacra amplexus est, reverentiam Majoribus suis, prius diligenter

preferitam, negligere, quin etiam despiciatur habere  
 capit. Id cum tolerare deinceps nolim, cogor religio-  
 nem vestram toto Imperio eliminare, qua eliminata  
 & sine honore hic viveris, & vestra opera inutilis  
 erit, proinde vobis quoque hinc migrandum. Ei quis  
 est, qui mandatis meis resistere audent? hoc cum  
 dicebat, oculos, ut plurimum in D. Pedrini de-  
 fixos habuit, cuius cum illum postea a recessu alii  
 admonuissent, candide fassus est, se cum *Kong-*  
*tchingo*, dum *Cham hy* adhuc viveret, de hoc ar-  
 gumento acriter disceptasse. Ceterum Jesuitae, ubi  
 Imperator finiit, paucis, & cordate ad objecta re-  
 sponderunt, nihil magis a lege Christiana inculari,  
 quam parentum venerationem, existare de hac ma-  
 teria libros a decessoribus suis sinice conscriptos,  
 editosque, quos si Imperator aut per se se consule-  
 re volet, aut aliis examinandos dari jubeat, visu-  
 rum, quam invidiose, & falso parentum contemtus  
 Christianis a provinciarum Praefectis objiceretur.  
 Admiratus responsum Imperator, postquam iterum,  
 ac tertium ex iis percontatus est, verene haec lex  
 Christiana praecepiteret, illique eadem animi summa-  
 te id asseverarent, *legis vestrae*, inquit, *nullam no-*  
*titiam habeo, nec libros vestros unquam legi.* Si ita,  
 ut affirmatis, res habet, tum nihil est, cur in Chi-  
 na non possitis manere: simul ad duos illos, quos  
 adfuisse dixi, Ministros conversus, en, ait, *quod*  
*isti negant, ego pro indubitate habui, vos eorum li-*  
*bros diligenter perlegite, & quid euentus contineant,*  
*ad me referete.* (400) Dimissi ex aula, libros, ut  
 imperatum erat, ad Ministros tulerunt, sed, quae  
 istorum de illis sententia fuerit, nunquam rescire  
 poterant, illud serius postea cognitum, Littera-  
 tum, cui libros perscrutandos dederant, iis lectis in  
 haec verba, aliis audientibus proflupisse: *Fei-schia-*  
*gin-*

---

(400) Hæc ex memoratis paulo ante epistolis ex-  
cerpti.

gin - tso - pu - lai, hoc est, legem esse difficillimam, nisi  
quis sanctus sit, aut sanctus esse cupiat: quæ vox miram  
deinde his libris existimationem peperit. (401)  
Quin compertum etiam fuit, Imperatorem, ut cer-  
tior de veritate fieret, libros eosdem quibusdam ex  
idololatrarum secta Ho - schang, & Tao - se cognos-  
cendos dedisse, quorum quæ mens & judicium  
fuerit, ne quidem post quinque menses, cum libri  
redditi sunt, resciri potuit. Ceterum Jesuitæ ea;  
quæ novissimo colloquio Imperator dixisset, scri-  
ptæ complexi sunt, & ad episcopum Pekinensem  
misere, ut videret, quem in locum res Christiana  
adducta esset. Episcopns, quia serum Roma au-  
xilium ob longinquitatem itineris affuturum, peri-  
culum autem præsentissimum videret, e re putabat,  
ut Missionarii, qui adhuc reliqui in sua dioecesi la-  
tebant, ea in ritibus sinicis moderatione, quam Me-  
diobarbus (§. 62.) præscriperat, uti possent, &  
ut ad servandas Christianorum reliquias uterentur,  
præcepit, litterisque pastoralibus die 6. Julii, ac  
iterum 23. Decembris anno 1733. vulgatis,  
omnes, nisi imperata facerent, ab sacerorum admi-  
nistratione prohibuit. (402)

## §. LXV.

---

(401) Cum Imperator Kien - long anno 1778. jube-  
ret collectionem 6000, librorum, qui ab argu-  
menti gravitate, & styli elegantia se in pri-  
mis commendarent, adornari, volebat, ut P.  
Ricci liber. Tien - chi - che - y, de quo saepè me-  
moravi, item alter ejusdem Yang - mano, dictus  
& P. Verbiest liber, Kiao - yao - fu - lun, qui  
omnes de religione Christiana agunt, eidem col-  
lectioni insererentur. Vide lettres édifiantes &c.  
Tom. XXIV. novæ edit. pag. 481. (40.) Hi-  
stoire générale de la Chine &c. Tom. XI pag.  
500. item epistola P. de Mailly Pekino 18.  
Oct. an. 1773. scripta. Vide Lettres édifiantes  
&c. Tom. XXII. pag. 64. & Weltbot Parte  
XXVII. pag. 102.

## §. LXV.

Hac episcopi indulgentia pacari videbatur tantisper tempestas, quæ ne rursus majori impetu rediret Missionarii summa cautela usi, clam sacra fidelibus administrabant, non nullo plane operæ prelio, cum nihil tale cogitantibus decretum Clementis XII. anno 1735. die 26. Septembris conditum, in Chinam allatum est, quo episcopi Pekinensis, nuper defuncti, mandata irrita reddebantur, & utraque pastoralis nullius roboris, ac momenti esse, & fore declarata fuit, *nobis*, ut addit Pontifex, *insuper*, & apostolicæ sedi reservantes facultatem, *Christi fidelibus in eodem regno degentibus, aperiendâ nostram, & dictæ sedis mentem, post maturam itidem habitam deliberationem super aliis rebus, quæ hujusmodi materiam respiciunt.* Ut ut hæc ad servandam religionis castimoniam sapienter constituta fuerint, vix tamen, ut tum res erant, iis jam locus in China esse potuit, quod Missionarii omnes, qui extra Pekinum erant, Macaum relegati essent, & paucissimi in latibulis hærere cogerentur, aditus vero in Imperium omnibus, quam diu *Kong-tching* vixit, summa cum diligentia præclusus esset. Nec sub *Kien-long*, qui illi anno 1736. successerat, Christiani cum Missionariis clementius habiti sunt. Nullus enim pene annus abiit, quo provinciarum Praefecti libellis ad Tribunalia missis Christianos non exagitassent, Jesuitis, quamquam calamitatibus, quibus religionem, ejusque ministros premi videbant, opem ferre cuperent, quod rarissimus illic ad Imperatorem aditus pateret, frustra adversariorum molitiones dissipare conantibus. Ipsi adeo Josepho Castiglione, Fratri laico, quem *Kien-long* ob insignem pingendi peritia ante alios ferebat, dum pro religione Christiana aut ipse illum orabat, aut aliorum nomine supplicem libellum porrexit, solenne illud suum reponere solebat: *religionem vestram non damnavi, sed ne eam alii in primis mi-*

lites, amplectentur, vetui vobis Europæis illam profiteri integrum esto, dilerte mandans, ut ne deinceps ea de re sermonem faceret. Quare Jesuitæ repulsam, contra quam sperabant, passi, ne Imperatoris animum, Christianis alioquin infensum, magis irritarent, clausis templorum januis, mysteria religionis celebrare, ceteri vero Missionarii, qui aut latebant, aut inobservati Macao in suas provincias penetrare poterant, interdiu in spelæis crebro etiam in sepulcris, aut remotis saltibus conditi, noctu solum prodire, & concitis tacite Christianis, quoniam omnia exploratoribus plena erant, in vilissimis ergastulis, aut navibus sacra ministrare cogebantur. Si quæ forte illorum vestigia deprehensa sunt, tum vero Præfecti Christianos promiscue in judicium vocare, exercere questionibus, verheribus, & cruciatibus afficere, ut religionis ministros proderent, quorum si cruciatum vehementia victi ndicium fecissent, omnia latibula, angulos, specus subterraneos a satellitibus indagari jubebant, & comprehensos ad se adduci, quos partim longo carcerum squalore macerabant, partim serius postea, (403) Imperatore non invito, quin prudente, volenteque ad mortem, quod ad id tempus in China inauditum erat, (404) religionis causa damnarunt.

Q 2

(403) Ita Petrus de Sanz episcopus Maurocastrensis anno 1747. die 26. Maji in urbe Po-tcheu-fu. provinciæ Fokiensis mortem, religionis causa perpessus est: eodem anno quatuor ejus socii ex eodem ordine S. Dominici, in carcere laqueo pro fide enecti sunt. Vide epistolam P. Godofr. Leimbeckhofen Soc. Jesu, postea episcopi Nankinensis in Weltbot Part. XXXV. pag. 75. Anno autem 1748. die 12. Sept. PP. Antonius Joseph, & Trijstanus de Atemis e Soc. Jesu in Su-cheu eadem de causa mortem oppetierunt. (404) Ita hactenus creditum fuit, sed Benedictus XIV. in sermone, quem anno 1748. die 16. Sept. de pia morte Petri de Sanz, ad Car-

runt. (405) Hæc in Missionarios exercita severitas et si non paucos ex neophytis in constantia roboraverat, plerosque tamen ita consternavit, ut passim a fide deficerent, nec erat, illa ex Imperii provinciis, quæ his turbis non fuerit implicita, & profligatæ religionis Christianæ, quæ prius latissime norebat, tritissima veltitia non referret.

### §. LXVI.

Hunc in modum res Christiana apud Sinas constituta erat usque ad annum 1742. quo Benedictus XIV. Pontifex Maximus edita bulla: *Ex quo singulari*: (406) ritus sinicos, quos ejus decessores, fide exponentium nixi, partim vetuerunt, (§. 21.) partim indulsero, (§. 23) partim ulteriori judicio (q. 30.) reservarunt, (407) ut nondum

dinales habuit testatur, sibi constare, jam multo ante a Dominicanis sanguinem in China pro religione fusum esse, nec tamen nomina eorum aut tempus prodidit. Sententia mortis in Petrum ae Sanz a Prorege Fokensi lata exstat in litteris annuis Soc. Jesu vice provinciæ Sinensis anni 1747. quarum apographum possideo. Sententiam porro Imperator his verbis confirmavit. *Maneamus*, ut Petrus illico capite plectatur: alii quatuor socii juxta Tribunalis sententiam sunt quoque capite plectendi, uti & Quo-hoei-gin (in cuius domo Petrus habitabat) juxta datam sententiam sìrangulanaus, id tamen fiat solito autumnali termino. Cetera omnia in sententia exposta confirmamus. (405) Hist. générale de la Chine &c. Tom. XI. pag. 513. (406) Bullarium Benedicti XIV. edit. Romanæ pag. 84. data V. Idus Julii. Subscriptus est præter Cardinalem Pro-Datarium, etiam Cardinalis Passionei, qui quo animo in Jesuitas fuerit, etiam extra Italiam vulgo notum est. (407) Mirabar, cum in theses theologicas, quæ anno 1782. Budæ prodierant, incidere, & in 48. hæc legerem: *merito igitur ab Eccl-*

dum implexum amputaret, solenni verborum forma condemnavit. (408) Ne quid autem deinceps Missionariis subterfugii ex concessione Mediobarbi (§. 62.) Patriarchæ Alexandrini remaneret, formulam jurisjurandi, paulo a Clementis XI. aliam in hæc verba præscripsit. *Ego N. Missionarius ad Sinas, vel ad regnum N. vel ad provinciam N. a sede apostolica, vel a superioribus meis juxta facultates eis a sede apostolica concessas missus vel destinatus Præcepto, ac mandato apostolico super ritibus, ac ceremoniis sinensibus in Constitutione Clementis Papæ XI. hac de re edita, qua præsentis juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integrum ejusdem Constitutionis lectruram apprime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, & inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut a Christianis sinensibus, quorum spiritualem directionem quo quo modo me habere contigerit, similis obedientia præstetur. Ac insuper, quantum in me est, nunquam patiar, ut ritus, ac ceremoniæ sinenses in litteris pastoralibus Patriarchæ Alexandrini, Macai datis die 4. Novembris 1721. permisso, ac a sanctissimo D. nostro Benedicto Papa XIV. damnatae, ab eisdem Christianis ad praxim deducantur.* Si

Q 3

au-

---

*clesia ritus sinenses — etiam atque etiam admirabilis constantia damnati sunt. Næ isti ipsos fontes, ex quibus meliora discere poterant, aut ignorarunt, aut non consuluerant. (408) Bullæ huic inserta sunt ordine chronologico omnia Pontificum decreta, quæ in causa sinica ab exordio agitatæ litis vulgatæ erant. Desunt tamen Congregatiuum responsa ad quæsita P. Morales, & P. Martinii: in responsis autem Congregationis anni 1704. omissa sunt illa: prout in quæsitis relata sunt: item: juxta ea, quæ in quæsitis proposita sunt. Deest quoque Turnonii Mandatum Nankinense, quod a decreto anni 1704. in multis variat.*

autein, quod Deus avertat, quoquo modo contra venierim, toties, quoties id evenerit, pœnis per prædictas Constitutiones impositis, me subjectum agnosco, & declaro. Ita tactis sacrosanctis evangelis promitto, voveo, & juro Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia. Ego N. manu propria. Ita his, quæ anno 1636. in China (§. 20.) primum inchoarat, deinde Romam propagata, & aliquoties sopita, rursumque suscitata, non solum Missionarios sinenses diversorum ordinum, sed Europæos quoque, ut animo in hos, vel illos ferebantur, non levi religionis damno in partes distraxerat, tandem judicio sedis apostolicæ finem accepit, tametsi ea, quæ ad veritatem, vel falsitatem *expositorum* attinebant, & in quibus cardo totius controversiae vertebarunt, intacta, & velut in medio relicta essent.

### §. LXVII.

Habes ortum, progressum, & exitum controversiarum de ritibus sinicis, quos cum tui, tum popularium nostrorum gratia, quibus libri hujus argumenti in promptu non sunt, ex majori opere, quod olim contexueram, in compendium retuli. Nunc tametsi id mihi jure possem sumere, ut, quantum ex tot Colligiis profeceris, te per ontando exemplarem, tamen, ut honori tuo consulam omissorentamine, ex iis, in quibus te erudii, pauca quidem, sed quæ ex re nata sint, corollaria dabo, quæ hactenus dictorum sint, quædam, quasi anacephaleosis.

I. *Jesuitæ ritus sinicos, qui Confucio, & progenitoribus defunctis exhibentur, semper civilibus, non item religiosis accensebant.* Patet id ex omnibus eorum scriptis eristicis, ( §§. 18. 20, 29. 30.) quibus hanc sententiam ita tuebantur, ut, si quid in iis superstitionis lateret, minime tolerandos, sin autem nec ex primæva institutione, nec in se, nec eorum, qui illos paragunt, tales essent, ob præsentissimam spem gentis hincæ ad Christianam religionem convertendæ, non vetandos esse

con-

contenderent. Nec ipsi adversarii, qui apud Sinas vixere, Europæos enim, qui consuetudinum populi illius ignari, numerum verbis potius, quam rationum pondere auxerunt, non moror, ne ipsi quidem, inquam, adversarii, unquam Jesuitis objecerant, ritus sinicos ab iis inter religiosos numerari. Fomes enim discordiarum inter utrosque is fuit, quod isti ritus illos ad politcen, adversarii contra ad religionem (§§. 21. 36. 37.) pertinere affirmabant. Imperite igitur, ne dicam calumniouse, Jesuitas arguunt, qui hos idololatras, aut prudentes, volentesque idololatriæ patronos fuisse criminantur, cum ipsa Congregatio eos non culpandos censuerit, (§. 53.) qui aliam, quam adversarii, praxim sequuti fuissent.

II. *Non soli Jesuitæ ritus sinicos inter civiles, & mere politicos censebant.* Fuere enim complures, qui in eadem cum iis sententia erant, omnium Ordinum religiosi, Augustiniani, Dominicani, & Franciscani, atque inter hos non pauci episcopi, & vicarii apostolici, quorum aliqui origine Sinæ, plerique in disciplinis theologicis apprime versati, ac pietate insignes, quive supra XX. XXX. & XL. annos apud Sinas (§§. 24. 29. 30. 41. 42. 48.) exegere, ipsosque Sinas tam Christianos, quam gentiles, utrosque e litteratorum gremio, & illos quidem cum juramenti assertione testes quam plurimos (§§. 52. 54. 55.) habuere; cum contra pars adversa paucos adinodum, & ex his aliquot, qui nunquam in China fuere, eosque non rite ad propositum, nullum vero, qui ritus sinicos ad religiosum cultum spectare, juramento assereret, produxerit. (§. 54.) Rursus igitur aut imperiri, aut calumniatores sunt, qui solos Jesuitas hujus sententiae patronos fuisse, etiam hodie affirmare nil pensi habent.

III. *Si quos autem ex ritibus superstitione infectos Jesuitæ existimabant, illos jam multo ante,*  
quam

*quam sedes apostolica quidquam decrevisset, ipsi sponte sua vetuerunt.* Qua de re non solum existant varia eorum, aliorumque scripta, (§§. 18. 20. 29. 30.) Sed ipsius etiam sacræ Congregationis luculentum testimonium, hac causa diserte addita, *quia pleraque ex illis, quæ Christianis permittenda non esse, sicut præmittitur, responsum fuit, ipsi quoque se nunquam re vera permisisse declararunt.* (§. 53.) Proinde aut recordes sunt, qui judicium suum iudicio Congregationis anteponunt, aut omnino rudes, qui Jesuitas in tuenda sua sententia pervicaciæ arguunt.

IV. *Nec Jesuitæ unquam durante lite, mandatis apostolicis refractarii erant.* Nam primæ declarationes, & responsa sacræ Congregationis, ab Innocentio X. & Alexandro VII. confirmatae (§§. 21. 23.) in utramvis partem conditionibus affectæ erant. Itaque utriusque parti ex juris norma integrum fuit, Sedem apostolicam appellare. Ubi vero Clemens IX. (§. 30.) decessorum suorum decreta rata habuit pro diversa ratione *expositorum*, nec Jesuitis, nec adversariis fraudi erat, hanc, illamve de ritibus sententiam sequi. Postea autem, quam Clementis XI. Decretum in Chinam allatum, & Jesuitis per Castoranum, episcopi Pekinensis Vicarium, in regia urbe prælectum est, Visitator Jesuitarum cum suis primus juramentum de eo servando (§§. 58. 60.) edidit, contra vero adversarii, qui ritus sinicos ab Ecclesiæ hostibus subornati (§. 44.) de superstitione postularunt, partim ipsi hos gentilibus defunctis exhibuere, (§. 41.) partim, ubi a Pontifice prohibiti fuissent, Christianis indulserunt. (§. 60.) Rursus igitur aut stolidæ inscitia, aut, ut ita dicam, insaniens calumnia est, si quis Jesuitas, & hos quidem solos, mandatis Pontificum refractarios fuisse contendat.

V. *Lite vero per Benedictum XIV. finita, Jesuitæ primi omnium, aut certe inter primos fuerunt,*

runt, qui obedientiam jure firmatam præstitere. Diserte id affirmat P. Augustinus Hallerstein, Tribunalis mathematici Praeses in epistola, quam ad calcem tuarum *Imposturarum* adjeci, ita ad fratrem suum anno 1748. die 6. Octobris Pekino scribens: (40) queret utique, quem motum hic fecerit nova *Constitutio Pontificis Benedicti XIV, de ritibus sinicis edita?* fecit, quem ut faceret, par erat, accepimus, juravimus, servabimus. Quod si huic, cum Jesuita fuerit, fidem non habendam putas, libet mihi alium testem, qui apud cordatos maximæ auctoritatis esse possit, proferre. Est is *Joannes a S. Facundo*, Augustinianorum emeritus Generalis, qui in hitoria Ecclesiæ Malabaricæ in hæc verba scribit: (410) quantumvis aliorum religiosorum coetuim personæ exempla a summo Pontifice exacta observantiae decretorum, ac propria manu subscripta suis Superioribus Generalibus transmiserint, mihi tantum videre licuit, quæ a Patribus Societatis Jesu transmissa sunt, & signanter ab existentibus Macai, Pekini Su-cheu, ad oram Piscariæ, in Malabar, Meliaporis, in Madurey, in regno Maravensi, in Cochinchina, in regno Siamensi, & paucis aliis Malabaricæ, & Sinarum partibus. Nihil hoc testimonio magis luculentum esse potest: autoritas viri testantis omni suspicione caret, testimonium vulgato Romæ libro datum est, & datum est in ipsis, ut ita dicam, oculis Benedicti XIV, cui liber is dictatus erat, quive triennio abhinc bullam adversus ritus sinicos ediderat: contra autem adversarii, etiam post promulgatam bullam Sinas Christianos, quos Jesuitæ, quod Pontificis decreto obedire nollent, afa-

---

(409) Epistola I. pag. IV. (410) Edit. Romanae  
1745. pag. 507.

sacris arcebant, ambabus ulnis amplexi ad communionem sacrorum admisere. (411)

Atque hic ego finem Collegiis impono, quæ me non invito communicare aliis potes, præsertim iis, qui ut paucissima hujus argumenti, & fortasse unius solum partis scripta, neglectis fontibus legere, ita præjudiciis occupati, de re sibi non cognita magis aniliter fabulari, quam ex critices norma loqui solent, quive eruditionis nomen non aliunde facilius se consequi posse putant, quam si in Jesuitarum nomen dicaces sint, parum memores, tantum se de sua fama apud cordatos amittere, quantum alienæ detractum cupiunt, cuius ut minimis velis, complures, qui honori tuo consultum volunt, & cum quibus nulla mihi necessitudo intercedit, optant, sperant certe, si vel urbanitatis leges, vel doctrinam evangelii præ oculis habueris. Jam abi, & pro impenso labore mihi gratias age. Ne autem, dum absolutis Collegiis te liberum dimitto, domi otio torpescas, en tibi ad fallendum tempus, elenchum illorum, qui ab anno 1581. ad annum 1712. religioni apud Sinas propagandæ intenti erant.

Jesuitæ	—	—	—	—	249.
Jesuitæ in itinere ad Chinam mortui	—	—	—	—	127.
Dominicani	—	—	—	—	48.
Franciscani	—	—	—	—	56.
Augustiniani	—	—	—	—	17.
Ecclesiastici, & Clerici régulares	—	—	—	—	30.

Hunc

(411) Réponse au livre intitulé : Extraits &c. Suppl.  
 Part. III. pag. 158. exstat fragmentum epistolæ, quam Jesuita anno 1748. ex China scripsérat : à l'egard de la dernière bulle : nous l'observons en toute rigueur, & nous voyons ceux de nos neophytes, que nous renvoyons parcequ'ils ne veulent pas obéir, reçus à bras ouverts par des gens qui nous diffament à Rome, comme des rebelles aux decrets du saint siege. Que voulez vous ? Dieu nous jugera tous.

Hunc manipulum si cum vastissimo Imperio  
contenderis, incesset te fortasse cupido in Chinam  
migrandi, sin minus ut Missionarium isthic agas,  
certe ne tam fecariis, ut hactenus solebas, oculis  
res sinicas consideres. Vale!

oritur Asia  
inquin  
pano silvag  
carne deb  
infusaria  
musa  
visus  
minutio  
sanguis  
(25)  
modo  
cave  
cum misis  
cudicis  
interv  
sanguis  
estimatio  
alii mico  
fasciati  
strati

rebus Asia  
inquin  
pano silvag  
carne deb  
infusaria  
musa  
visus  
minutio  
sanguis  
(25)  
modo  
cave  
cum misis  
cudicis  
interv  
sanguis  
estimatio  
alii mico  
fasciati  
strati



## Errata

## Corrig.

## Pag. Lin.

XXII.	14.	depravitionem	depravationem,
2.	14.	ocis	locis.
8.	32.	haud pauca , adde	adjecissent.
13.	16.	urique	aurique
20.	14.	prccs	preces
33.	1.	Alexander	Alexandro.
ibid.	27.	tunc	tunc
39.	23.	quæstions	quæstiones.
64.	21.	debemut	debemus.
65.	12.	Alexandi	Alexandri
79.	14.	tam.	tuam.
88.	19.	Bon ii	Bonzii.
107.	17.	hospitium	hospitum
ibid.	37.	norter	porter.
149.	15.	post , scripsisset	(278)
153.	6.	Tang - cheu	Fam - cheu.
160.	7.	anno 1706.	1707.
166.	25.	aliamque	aliam , qua
174.	5.	relationibur	relationibus
197.	8.	finicain	finitam
207.	7.	officia	officia
230.	14.	denatura	de natura
240.	3.	eliminita	eliminata
ibid.	13.	inculari	inculcati
ibid.	32.	escire	rescire

